


DE ETYMOLOGIIS APUD POETAS GRAECOS OBVIIS.

DISSERTATIO INAUGURALIS,

QUAM
CONSENSU ET AUCTORITATE
AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS
IN
ALMA LITTERARUM UNIVERSITATE
ALBERTINA
AD
SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
RITE CAPESSENDOS
UNA CUM THESIBUS
XIII. DIE MENS. APRIL. A. MDCCCLXXXII. HORA XII.
PUBLICE DEFENDET
AUCTOR

RUDOLPHUS HECHT
REGIMONTANUS.

ADVERSARIORUM PARTES SUSCIPIENT:
OSCARUS KUHFELDT, CAND. PHIL.
THEODORUS LUDWIG, CAND. PHIL.

REGIMONTII PRUSSORUM
MDCCCLXXXII.
TYPIS KIEWNINGIANIS.

PROF. DR.

ARTURIO LUDWICHIO

PHILOLOGO ILLUSTRI

GRATO ANIMO

DEDICAT

AUCTOR.

De re acturus sum, quam iure in iis rebus numerare mihi videor, quibus non minimis Graecorum poesis ab aliarum gentium poesi differt.

Etymologiarum enim tota poesis Graeca tam cupida est, ut nullus fere nullius aetatis, ab Homero usque ad Tzetzem, poeta Graecus possit inveniri, quin certe, ubi se obtulerunt etymologiae, libenter iis usus sit. Neque interest multum in hac re inter varia poeseos genera, sed aeque omnia, ne lyricis quidem carminibus plane exceptis, etymologiis favent,

Id modo dixi, hoc etymologiarum studium, certe tantum et tam inveteratum, Graecae poeseos proprium esse mihi videri. Ut enim hoc pro certo affirmare possim, aliarum quoque gentium poesin ad etymologias animum attendentem me perlustrare opus est. Quod ut ad hoc discrimen generale constituendum faciamus necesse est, ita ad singulas quaestionis propositae partes illustrandas nos maximo cum fructu facturos esse mihi persuasi, quum hoc tempore, quo rei operam dabam, aliquem auctorem Latinum, Germanicum, Gallicum, Britannum legeram. In qua lectione valde modica, quae mihi ad quaestionem nostram pertinere visa sunt, diligenter collegi, collecta materia in disputatione mea suis locis usus sum.

Ad comparationem, de qua supra dixi, instituendam si quis Latinam poesin adhibere vellet, non admitterem eam ut non genuinam et quae quasi e speculo Graecae poeseos imaginem, depravatam saepe, nobis referat. Tamen, quamquam ad hanc comparationem universam poesis Latina

parum idonea est, saepius ad eam recurremus; quum alias, tum praecipue quum de etymologiis comicorum tractabimus. —

Qui etymologiarum apud veteres Graecos poetas usus, cum totum perspexerimus, quam late pateat, nobis reputantibus, quam longe ab eo nostri amores favoresque absint, ostendet, quam plane alii nos homines recentes multis in rebus facti simus, quantum profecerimus; — cogetque nos mirantes quaerere, quaenam caussae fuerint tantae quae efficere possent, ut poetae summae sublimitatis maximique ingenii ut Homerus, Aeschylus, Pindarus, mirabilis elegantiae ut Aristophanes tam levibus ineptisque — nostro quidem iudicio — rebus carmina sua deformarent.

Priusquam ad rem ipsam transeam, breviter auctores, quos novi, qui eadem de materia aut dedita opera scripserunt aut occasione data quaedam adnotaverunt, enumerem et nonnulla de iis adiiciam.

Scholia ad veteres poetas quum omnia etymologias singulis locis notare non negligerent, tum praecipue Eustathius in hac re observanda tam fervido studio fuit, ut, quum extra modum rectum longe prodiret, rem totam diffamaret. De quo saepius mentio fiet.

Attigit hanc quaestionem Jos. Scaliger. Coniectanea in Varronem. ed. Steph. cum Varronis operibus omnibus 1573. p. 155/56. in observationibus suis ad Varr. de l. l. VI., p. 85. Cum sint pauci modo versus totum Scaligeri locum apponam:

„Crebri sunt in hac licentia ac nimis invenusti Graeci poetae: sed maxime Euripides: ut de Polynice, quod sit *νεικέων ἐπώνυμος*, de Pentheo *μή πένθος εἰσοίσῃ δόμοις*. Aeschylus de Prometheo, quod eum oporteat *προμηθέως* ex malis evolvi: De Artapherne nimis putide, quod *φρένας*

ἔχοι ἀρτίας. Nam quis sanus Persico nomini etymon Graecum attribuat? Sic Euripides de Thyeste — ἐπώνυμα δεῖπνα Θυέστου, ut citant grammatici et de Apolline: ὦ χρυσοφεγγὲς ἥλι' ὥς μ' ἀπώλεσας.“ Ὅθεν σ' Ἀπόλλων' ἐμφανῶς κλῄζει βροτὸς. Sophocles etiam aliquando, ut de Aiace. Sed parcius, ut decet sanum et sobrium poetam et qui sane principem locum in theatro Graeco obtinet. In Graecis hoc tolerandum erat. At quis ferat in Ennio? item in Plauto? „Quod refert mihi Chrysalo esse nomen, nisi factis probo? — Tolerabile quod dixit Ausonius de Protesilao: Victima quod Troiae prima futurus eras. At non ferendum quod Protesilaum videtur sentire dictum, quod πρῶτος ἱλάσατο τὸν θεὸν. Cum sit πρῶτος λαοῦ et Πρωτεσίλαος similis compositio cum pleonasmo ut ἑλκεσίπεπλος, ἀλκεσίμαρχος.“ Non satis acute distinxit vir egregius, cur sibi illae etymologiae displicerent. Aliud enim est, falsas esse plerumque etymologias a poetis factas, aliud omnino etymologias a poetis usurpatas esse. Illud nemo sanus poetis vitio vertet, cum non res grammaticas a poetis discere velimus. Quamquam poetas ipsos saepe scisse, etymologias, quibus usi sunt, falsas esse neque ipsos voluisse semper ad vera etyma nomina referre, cum eorum nihil id intersit, putandum est. — Ad singula postea redibimus. —

Elmsley quoque ad Euripd. Bacch. v. 508 nimis hoc urget etymologias poetarum falsas esse: „Haec non modo ψυχρὰ sunt, verum etiam tragicos malos fuisse grammaticos ostendunt.“ Quasi grammaticorum etymologiae rectiores essent.

Valckenaer versum 27 Euripid. Phoen. non praetermisit, quin item hoc argumentum tractaret.

Proximus quod sciam post Valckenaerium Reuvens: Coniectanea literaria Lugduni Bat. 1815 p. 101 pauca de hac materia dixit.

1*

Qui quattuor viri docti omnes et quos praeterea nominem Beck (de interpretatione veterum 1791. p. 61) et Sturz (Opuscula p. 78. Lipsiae 1828) ita de hoc etymologiarum apud poetas Graecos usu iudicant, ut omnia exempla aut intempestivae doctrinae ostentationi aut ineptis lusibus tribuant; eas ab epicorum tragicorumque severa musa longe abesse debere, scriptoribus comicis epigrammaticisque iis uti permissum esse. Neque unum eorum movit, quod non unius poetae „insania“, ut uter Volckenari verbo, talia produxit, sed optimus quisque poeta etymologiis favit, qua ex re omnes discrimina temporum perpendere consueti coniicere debuerunt, temporum, non singulorum poetarum hunc morem esse.

Multo rectius deinde de hoc etymologiarum apud veteres poetas favore censuit Gurlitt in annotationibus suis ad Pindari carminum translationem Olymp. VI, v. 54. Locum integrum sobrio iudicio plennm adscribere mihi liceat. . . . . Spielerei oder Fehler kann jene Sucht nur verglichen mit dem heutigen Geschmacke heissen; denn bei den Alten war sie religiöser Art, und folglich nicht unwürdig; sie floss aus der hohen Achtung für Zeichendeutungen, Wortahnungen (omina), welche so weit ging, dass man selbst Feldherrn vom Heere entfernte, deren Namen ein böses Omen enthielten . . . . Unam earum causarum, quae etymologiarum apud veteres poetas Graecos studium effecerunt, Gurlitt recte vidit, sed his finibus res non continetur, cum multo latius pateat.

Classen quoque in dissertatione sua „de grammaticae Graecae primordiis“ Bonn. 1829 p. 35 hoc verum iudicium: congruisse studium poetarum cum communi aliqua populi inclinatione, perstrinxit, non tamen totus eo impletus est. Quod si factum esset, non paucis versibus post cum contemptu quodam „lusus istos poetarum“ commemorasset.

Similem sententiam ac Gurlittius tulit, Lobeckius quoque de hac re dedit duobus locis illustrissimis: Aglaoph. II. p. 870 et ad Soph. Ai. v. 430. Audiamus virum egregium ipsum: Quam similes his reperiuntur Epicorum et Tragicorum veterum lusus in conferendis, si qua forte congruerent, heroum casibus et nominibus? Quam sollerter etiam hebraicarum litterarum auctores antiquissimi hominum vocabula ex cuiusque indole et factis interpretari solent? Haec qui consideret et praeterea respiciat quae in Geilerei Kaysersbergiani et huic aequalium Postillis leguntur eiusdem fabricae *παρὰ γράμμα* acumina, maioribus nostris vehementer complacita, et ut vel hodie in vitae quotidianae consuetudine, si quis nomen et omen habeat, vel si quis contra moratus sit quam vocetur, digitum intendere tamquam ad rem notabilem in more habeamus; is vero intelligat necesse est, hoc universum genus ab antiquitatis ingenio non alienum, ei vero, qui imagines rerum in vocabulis sic ut in cera expressas putaret, convenientissimum fuisse."

Bene Lobeckius ad Hebraeos respicit, optimam enim haec gens, quae aeque ac Graeci verbis gaudebat, analogiam praebet. At non Lobeckius solus hoc animadvertit, sed Gurlitt quoque rem observavit et quem postea nominabo Lerschius, qui e Petri de Bohlen „Genesi" affert in Genesi sola quinquaginta etymologias numerari.

Id quoque Lobecki acutum ingenium non fugit, philosophorum de vocabulorum origine rationes aliquo modo cum veterum etymologiarum favore cohaerere. —

Tum Meineke mihi nominandus est, qui in „Analectis Alexandrinis" p. 99 breviter recenset, ut apud varios poetas frequentior parciorve etymologiarum usus fuerit, in singulis partibus errores non evitans; ut falsam opinionem, quam tamen apud omnes fere, qui de hac re scripserunt, offendimus: Euripidem inter tragicos maxime

etymologiis indulsisse, cum Aeschylus, quem nemo suspectum habuit, hac vituperatione dignior sit.

In universum Meinekius iudicium non profert, sed quantum e verbis eius coniicere possumus, non recte de hac re sentire videtur.

Praetera interpretes editoresque occasione data nonnulla attulerunt, quae huc faciunt. Cfr. Sophocles. ed. Schneidewin-Nauck. Aiac. v. 608. Welcker. Epischer Cyclus II. p. 514. Alios interpretes, qui ad singulos poetarum locos talia adnotaverunt, me fugisse credo, cum non id operam dederim, ut omnes uniuscuiusque poetae editiones excuterem, operae enim pretium non foret, cum plerumque idem dicant et ad locum suum illustrandum nonnulla alia exempla plerumque e locis vulgo notis detracta afferant.

Ex industria Lerschium omisi, qui in tertia parte libri sui, qui inscribitur: Sprachphilosophie der Alten, dargestellt an dem Streite über Analogie und Anomalie der Sprache. Bonn 1841. — hauc totam de etymologiis poetarum Graecorum quaestionem tractavit. In quem librum forte incidi, cum iam omnem materiam collectam dispositamque haberem. Quamquam, etiamsi prius illum librum cognovissem, hanc quaestionem ut confectam compositamque non omisissem. Primum enim non omnes poetas tractavit, deinde eorum, quos attigit, exempla omnia minime contulit, denique, quod maximum est, longe alio consilio aliudque propositum sectans, quod ei totius libri finis suppeditavit, materiam percensuit. Cum enim docti de verborum origine certaminis, *φύσει* an *θέσει* nata essent, historiam scriberet, id intendit, ut ex etymologiis a poetis factis erueret, num quam certam sententiam in originandis nominibus secuti essent et quaenam ea fuisset, num aut *θέσει* aut *φύσει* faventes sive nescii ut Homerus Hesiodusque sive conscii ut posteriores poetae

docti nomina ad stirpes reduxissent. Quod agens meo quidem iudicio nihil profecit vir egregius. In unoquoque enim poeta, ut ipse p. 15 profitetur, multa docere videntur eum „θέσει“ favisse, multa „φύσει“. Porro cupiditate ductus certum poetarum consilium ex etymologiis eorum constituere, nonnulla mihi iis affinxisse videtur. Sic quod dixit ad Soph. Oed. Tyr. v. 1036. ὥστ' ὠνομάσθης ἐκ τύχης ταύτης ὃς εἶ verbum τύχης ad philosophorum terminos in illo certamine usitatos spectare: p. 13: dem Wortklange nach an das τὸ τυχὸν, τὸ αὐτόματον der griech. Philosophie erinnert, durch das beigesetzte ταύτης aber den Namen aus der blassen Zufälligkeit heraus in dic Bedeutsamkeit einer naturgemässen entsprechenden Wirklichkeit rückt. Eadem sententia p, 15 recurrit — jedoch sind es nicht immer durchgreifende, anhaltende Zustände, oft nur augenblicklich vorübergehende, und von dieser Seite fallen manche freilich dem flüchtigen Einfall des Redenden anheim, wie im Jon 661 (cfr. 800. 831) wo aber das Zufällige (θέσει, τὸ τυχὸν) des Namens mit τῇ τύχῃ klar genug ausgesprochen ist.

Sed quod Lerschius non vidit, Sophoclis etymologia nominis Ulixis, quam fragmenta praebent, ex hoc certamine fluxisse videtur. Frg. trg. colleg. Nauck. Soph. fabul. incert. frg. 877.

ὀρθῶς δ' Ὀδυσσεύς εἰμ' ἐπώνυμος κακοῖς·
πολλοὶ γὰρ ὠδύσαντο δυςμενεῖς ἐμοί.

Hanc etymologiam Homeri eiusdem nominis etymologiae τ, 406 opponi, quis est, quin videat? Nempe posteri vituperabant Ulixem ab avi vitae conditione nomen traxisse. — Deinde ὀρθῶς vocabulum in illo certamine pervulgare fuit, quod quidem non hic solum offendimus cfr. Eurip. Troad. 997. Aeschyl. Sept. 829 sed numquam sic in initio versus positum urgetur.

Praeterea Aristophanem semel ad hoc certamen alludere Lerschio concedi potest. Dionysum enim Ran. v. 1180 in Euripidis prologis verba apta rerumque propria laudaturum his verbis utentem facit, Euripidem *ὀρθότητι ἐπῶν* gaudere. — Sed praeter haec duo exempla non facile alia huius certaminis ipsius vestigia in poesi Graeca inventum iri puto, in universum autem id maximi momenti in hac re fuisse mihi persuasum est. —

Ceterum Lerschii librum postea quoque compluribus disputationis locis commemorabo multaque, quae continet, partim pro me advocabo, partim refellere conabor.

Postremum Lehrsii tractatum: Wiederholung derselben Worte und Wortwurzeln. nomino, qui saepius nostram quaestionem perstringit ut ubique, sic hic quoque ingeniosis inventis, eleganti acutoque iudicio rei novas luces afferens.

Iam rem ipsam aggredienti ea prima difficultas non levis exoritur, qua nota etymologias agnoscat. Quoad enim formam rationemque, qua poetae etymologias efferunt, omnes in duo praecipue genera discernendae sunt. Aut enim dedita opera possunt dicere hoc vel illud nomen ob hanc illamve causam inditum esse, aut, quid velint, simpliciter simili ad simile verbum adiecto exprimere. Superiores etymologias iustas nominem; de posterioribus qui dicunt, poetas alludere male rem significant, quod falsas opiniones hoc verbo „alludere“ efficiunt, nihil enim plerumque etymologiis cum ludo. Melius contra Graeci ad hunc usum significandum verba: *παρήχησις παρονομασία, παρετυμολογεῖν* adhibuerunt. Duo priora quidem verba, cum omnes locos complectantur, quibus verba eiusdem similisve soni cum acumine quodam concurrunt, ad hanc rem proprie significandam minus apta sunt, in verbo *παρετυμολογεῖν* acquiescere possimus.

Itaque liceat mihi per totam hanc disputationem verbum „paretymologia“ adhibere, quod a παρετυμολυγεῖν tractum substantivo paronomasia commendatur, necessitate excusatur.

Praeterea, etsi rarius, tertiam formam offendimus, qua etymologiae efferuntur. Quae talis est, ut poetae hac vel illa causa commoti per ambages rerum nomina circumscribant. E. g. Callimachus illum piscem notissimum *Χρύσοφρυν* hoc modo significat:

Ἢ μᾶλλον χρύσειον ἐν ὀφρύσι ἱερὸν ἰχθύν.

Quarta quoque rarissima forma non omittenda est. Possunt enim poetae nomine alicuius omnino non posito aut certe non iuxta posito, cum de eo sermo fit, aliquo verbo ad id ostendere. Ut Welckerus vult, Homerum *α*, 62 a verbis

τί νύ οἱ τόσον ὠδύσαο, Ζεῦ;

ad Ulixis nomen respicere. At hoc plerumque incertum est.

Supra diximus quod formam attinet duplex esse praecipue etymologiarum genus; in altero nihil laboramus, in altero suis locis latentes etymologias subodoremur necesse est. Qua in re magna disceptatio esse potest, et valde cavendum est, ne quid temere facias! Quid enim? Utrum semper ubicunque in duo aut tria verba incideris, quae quandam literarum aut soni modo similitudinem prae se ferant, etymologiam te invenisse censebis an aliter iudicabis et quo iure? Ego vero minime tam serum studiorum me praebeam, ut quasi fervidus et cupiditate obcaecatus etymologiarum venator calamum manu tenens libros poetarum percurram. Id primum autem facile omnes mihi concedent separandos esse locos, ubi, si etymologiam agnoscas, alicuius nominis proprii explicatio fiat, a locis, ubi verba alius generis cum similibus concurrunt. Haec enim verba explicare et ad stirpes reducere, nisi res et locus flagitant, nullius

poetae interesse potest, neque umquam talia ne de miserrimo quidem poeta credenda sunt, nisi singulare temporum poetaeque ingenium coniecturae favet. Tamen veterum grammaticorum non pauci fuerunt, qui tales ineptias et insaniora etiam docuerunt! Eiusmodi est, quod legimus in Schol. Venet. *B* ad *Z*, 201. *ἀξιῶν δὲ ἐγὼ Ὅμηρον ἐξ Ὁμήρου σαφηνίζειν, αὐτὸν ἐξηγούμενον ἑαυτὸν ἐπεδείκνυον, ποτὲ μὲν παρακειμένως, ἄλλοτε δ' ἐν ἄλλοις· τῷ γὰρ εἰροκόμῳ παράκειται συνεζευγμένη ἡ ἐξήγησις· „γρηῒ δέ μιν εἰκυῖα παλαιγενέϊ προσέειπεν εἰροκόμῳ"* (Il. 3, 386) *τίς οὖν ἡ εἰροκόμος; „ἥ οἱ" φησίν „ἤσκειν εἴρια καλά."* — Hoc est „*παρακειμένως*" — *καὶ πάλιν „ἄλλους τ' αἰδέσθην περικτίονας ἀνθρώπους"* (Od. 2, 65) *τίνες οὖν οἱ περικτίονες; ἐπάγει „οἵ περιναιετάουσι."* hoc est „*ἐν ἄλλοις*". — Compluribus deinde allatis, quibus forte assentiaris; sic pergit: *ἐν δὲ τῷ „καὶ μέν οἱ Λύκιοι τέμενος τάμον" ταχέως δεδήλωκεν ὅτι ἀπὸ τοῦ τετμῆσθαι καὶ ἀφωρίσθαι τὸ τέμενος λέγεται „τέμενος τάμον" οὕτω καὶ κειμήλια ἔφη κεῖσθαι· ἀπὸ γὰρ τοῦ κεῖσθαι κειμήλια λέγεται.* Aliis omissis hoc modo apponam: *φιλοτιμεῖται καὶ τὸ λυκόφως ἐξηγήσασθαι οἷόν ἐστιν „ἦμος δ' οὔτ' ἄρ πω ἠώς, ἔτι δ' ἀμφιλύκη νύξ". κ. τ. λ.*

Eustathius autem palmam poscit in his ineptiis. Audiamus eum ad locum nobilissimum *Z* 201. *Τὸ δὲ Ἀλήϊον πεδίον κατὰ τοὺς παλαιοὺς ἢ παρὰ τὴν ἐκεῖ τοῦ ἥρωος ἄλην, ὅ ἐστι πλάνην, ὠνομάσθη, διὸ καὶ, ὥσπερ ἀνωτέρω ἐν τῷ, τέμενος ἔταμον, καὶ ἔτεκε τέκνα, οὕτω καὶ ὧδε χρησάμενος ἐτυμολογίας τρόπῳ φησί, κατὰ πεδίον Ἀλήϊον ἀλᾶτο·* Nunc hunc locum non propterea affero, quod Eustathius dicit, Homerum nomen *Ἀλήϊον* interpretari, id enim non statim a limine depellendum est, eo minus quod J. Bekkerus, vir gravissimae auctoritatis, Hom. Blätt. I. p. 185 si non idem at tamen simile quid censuit;

— sed propter sententiam, quam de verbis *τέμενος ἔταμον* et *ἔτεκε τέκνα* fert. Id quoque virum inelegantis iudicii prodit, quod dicit Eustathius ad ζ, 403 talia posse „*μυρία ἐκ τῶν Ὁμηρικῶν ἀναλέγεσθαι καθὰ καὶ Πορφύριος ἐπισημαίνεται*". Vide eum ad *I*, 124. quoque. — Quo autem eum alios superasse existimo et quod etiam insanius supra iudicavi esse, legimus ad *Ξ*, 367. „*Ὅρα δὲ ὅτι καὶ ἐνταῦθα ὁ χόλος ἀντὶ μήνιδος κεῖται ἐν τῷ, οὕνεκα Ἀχιλλεὺς μένει κεχολωμένος ἦτορ, ὃ καὶ τὴν μῆνιν ὑπεμφαίνει ἐκ τοῦ μένει κεχολωμένος· ἀπὸ τοῦ μένειν γὰρ ἡ μῆνις.* Neque cedit illi loco hic (*μ*, 86) *διὸ ἐτυμολογικῶς ἐῤῥέθη τὸ* „*φωνὴ ὅση σκύλακος νεογιλῆς γίνεται*", *ὅθεν καὶ ἐκτείνει τὴν παραλήγουσαν τὸ νεογιλῆς ὁμοίως τῇ ἀρχούσῃ τοῦ γενέσθαι· δῆλον δὲ ὅτι τε ἐκ τοῦ γίνω προυπάρχει ἄῤῥητον ὄνομα τὸ νεογινὸν, ἐξ οὗ συγκέκοπται τὸ νεογνὸν, καὶ ὅτι τροπὴν ἔχει τοῦ ν εἰς λ, καὶ τὸ πνεύμων πλεύμων, καὶ τὸ νίτρον λίτρον κ. τ. λ.* —

Sed relinquamus istas ineptias ac potius videamus — si digressionem, quae tamen re fere postulatur, facere licet — quid vocum aut sonorum repetitiones apud poetas vere sibi voluerint. Est autem tota materia bipartita, aut enim casui aut certo poetarum consilio verborum vel eorundem vel similium concursus attribuendus est. Ut primum de casu nonnulla dicam id observem, eum variis de causis accidere posse. E. g. Homeri mos est, notiones iam uno verbo expressas iterum compluribus verbis enarrare. Ita facile accidere potest, ut in enarratione eadem radix repetatur, velut *α*, 299 *ἐπεὶ κτάνε πατροφονῆα, Αἴγισθον δολόμητιν, ὅ οἱ πατέρα κλυτὸν ἔκτα. I*, 124 *ἀθλοφόρους, οἳ ἀέθλια ποσσὶν ἄροντο. ι*, 270. *ξείνιος, ὅς ξείνοισι ἅμ' αἰδοίοισιν ὀπηδεῖ. B*, 9 *αὐτὰρ ἐπεὶ ῥ' ἤγερθεν ὁμηγερέες τ' ἐγένοντο P*, 5 *πρωτοτόκος κινυρὴ, οὐ πρὶν εἰδυῖα τόκοιο.* Haec res digna mihi videtur, quam longius persequamur.

1) num semper simplex modo et inanis eiusdem notionis repetitio sit. 2) de formarum istarum repetitionum varietate, 3) num forte aliquid veri in illo inepto scholiastae iudicio sit, Homerum se ipsum explicare, dummodo ne credamus eum verba sua grammatice explicare. Si enim Homero aliquod novum, quod ipse sibi finxerat, verbum exiderat, forte obscuritatem ambiguitatemque ut *P*, 5 timens idem compluribus verbis dixit.

Posteriores hoc imitati sunt:

Orph. Hym. 7, 6. (stellae) *μοιρίδιοι, μοίρης πάσης σημάντορες ὄντες.*

Quamquam alias etiam casus causas afferre possum, omitto; quis enim casum satis circumscribere potest, cum innumerabilibus caussis effici possit? Qui casus praecipue apud Homerum primas partes agit, cum illius simplex sermo ab eleganti tersoque poetarum doctorum sermone longe distans repetitiones minime caveat. Hesiodus forte etiam minus Homero vocum repetitiones cavet. Credo enim talem versum ut legimus Theog. 273. *Πεφρηδώ τ' εὔπεπλον, Ενυώ τε κροκόπεπλον.* Homerum numquam facturum fuisse.*) Ex Homero nonnulla eiusmodi exempla afferam, quae Holzapfel tractatu suo: Ueber den Gleichklang bei Homer. Berolini 1851. verborum lusibus vindicat: *δ*, 136. (Helena) *ἕζετο ἐν κλισμῷ, ὑπὸ δὲ θρῆνυς ποσὶν ἦεν· αὐτίκα δ' ἥγ' ἐπέεσσι πόσιν ἐρέεινεν ἕκαστα.* Facetus, mehercle, lusus, et qui docto viro suo merito placuit! Aliud exemplum invenitur *δ*, 451. (Proteus) *πάσας δ' ἄρ' ἐπῴχετο, λέκτο δ' ἀριθμόν· ἐν δ' ἡμέας πρώτους λέγε κήτεσιν, οὐδέ τι θυμῷ ὠΐσθη δόλον εἶναι· ἔπειτα δὲ λέκτο καὶ αὐτός.* Ut apud

---

*) Versus Homericus *B*, 485.
ὑμεῖς γὰρ θεαί ἐστε, πάρεστέ, τε, ἴστε τε πάντα hac neglegenti similium syllabarum verborumque accumulatione conspicuus est, et illum notissimum Euripidis locum, quem Aristophanes perstrinxit, longe superat.

Homerum Hesiodumque res lattissime patet, ita pauca apud posteriores bonos poetas exempla deprehendemus. Tamen credendum est neglegentiae horum quoque poetarum inanes vocum repetitiones excidisse. Quod de tragicis Heimsoeth, vir acuti ingenii, negat. Kritische Studien zu den griech. Tragikern. pars I. Bonn. 1865. p. 129. sq. Ubicunque enim apud tragicos poetas in notionum repetitione idem verbum bis ponitur manum glossatoris locum deformasse putat ad verba recondita synonyma magis vulgaria adscribentis, quae inde in textum irrepserint. Quod fieri potuisse negari non potest. At ne hac in re erremus, necesse est antea omnes locos colligere, in quibus maiore minoreve spatio disiuncta aequa aut similia verba nobis occurrunt, tum omnia exempla comportanda sunt, quae docent poetas sermonem synonymis variasse. Cum enim in unoquoque loco quaerendum sit, quid singuli poetae ingenio dari possit, id diiudicari non potest non omnibus exemplis prius recensitis. Quam quaestionem instituere, si historice rem agimus, cum per se haud inutile sit, tum praecipue ad rem criticam necessarium est.*)

Iam ad verborum repetitiones transeamus, quae non inanes sunt neque nihil efficiunt, sed ut e certis animorum affectibus fluunt, ita eosdem in legentium audientiumve animis movent. Quibus in repetitionibus disponendis non bene grammaticorum terminis: epallelia, anadiplosi, paro-

---

*) Illo apud Aeschylum loco, ubi describitur, quomodo per ignes accensos nuntius Troiam captam esse ex Asia in Graeciam afferatur, optime observare possumus, quantum Aeschylus id studuerit, ut in descriptione eiusdem rei sermonem syonymis variaret. Tamen poetae egregio versus 265, 266, 267 (Karsten) excidere potuerunt:

ἤγειρεν ἄλλην ἐκδοχὴν πομποῦ πυρός
φάος δὲ τηλέπομπον οὐκ ἠναίνετο
φρουρὰ, προςαιθρίζουσα πόμπιμον φλόγα.

nomasia, parechesi, epanalepsi, epanaphora etc. uteremur, cum ad speciem modo externam figurarum spectent, naturam autem et vim, quae iis subest, minus respiciant. Immo vero omnium sermonis figurarum causas in animi motibus quaeremus, qui rectius nobis materiae dispositionem suppeditabunt. In singulis autem uniuscuiusque generis partibus nihil obstat quominus grammaticorum terminos, quantum opus est, adhibeamus.

Hanc gravem, quae de talibus vocum repetitionibus institui potest, quaestionem plane conficere velle, non profiteor, cum id esset, historiam multarum sermonis figurarum perscribere, quod a proposito meo nimis longe me abduceret, cum propterea maxime totam hanc quaestionem attigerim, ut argumentum meum, quod artius cum hac vocum repetitione coniunctum sit, expediam. Praeterea non diligenter totam ad hanc rem contuli materiam, cum id modo, quod mihi inter legendum maxime notatu visum est, excerpserim. Tamen spondeam, ubicunque apud poetas Graecos aut nomen proprium aliquod bis terve ponitur aut verba alius generis seu tota repetuntur seu cum aliis eiusdem similisve radicis componuntur, ibi semper unam speciem ex iis, quas afferam, novo exemplo augeri. —

Primum autem bipertitas esse istas repetitiones usus docet: aut enim intellectui aut sensui motuique animi nostri inserviunt; aut clariorem, argutiorem, strictiorem, magis subtilem per antithesin sermonem reddunt aut gravi aliqua notione animum retinendo magis movent.

I.

Interdum poetae per antithesin quandam idem verbum bis efferunt aut ad alterum verbum alterum eadem afiinive stirpe prognatum adiiciunt, ut sermoni acumen quoddam et aciem ad intellectum incitandum aptum dent. Inde

apparet hanc figuram optimum in proverbiis et sapientiae praeceptis locum habere:

Hom. *χ*, 374 *ὡς κακοεργίης εὐεργεσίη μέγ' ἀμείνων* — *ρ*, 217 *Νῦν μὲν δὴ μάλα πάγχυ κακὸς κακὸν ἡγηλάζει, ὡς ἀεὶ τὸν ὁμοῖον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὁμοῖον* — *θ*, 351. — *Σ*, 309. *ξυνὸς Ἐνυάλιος καί τε κτανέοντα κατέκτα. Ψ*, 318. Hesiodi *ἔργ. κ. ἡμ.* his exemplis abundant. 23—25. *Καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει καὶ τέκτονι τέκτων, καὶ πτωχὸς πτωχῷ καὶ ἀοιδός ἀοιδῷ.* 183. 352. 353. 354. 355 etc. Soph. El. 621. *αἰσχροῖς γὰρ αἰσχρὰ πράγματ' ἐκδιδάσκεται.* — 989. —

Vix dici opus est non solum sententiis hanc figuram propriam esse, sed omnibus locis, ubi sensus tali cum acumine repetitioni favet. Iam Homerus frequentius, quam expectemus, ea usus est. *γ*, 272. *τὴν δ' ἐθέλων ἐθέλουσαν ε*, 155. *παρ' οὐκ ἐθέλων ἐθελούσῃ. Χ*, 480 *δύςμορος αἰνόμορον. δ*, 754 *κάκου κεκακώμενον. Δ*, 451 *ὀλλύντων τε καὶ οὐλυμένων. Ξ*, 130 *ἐφ' ἕλκεϊ ἕλκος. Ζ*, 235 *ἑκατόμβοι' ἐννεαβοίων. Ν*, 130 *φράξαντες δόρυ δουρὶ, σάκος σάκεϊ προθελύμνῳ· ἄσπις ἄρ' ἄσπιδ' ἔρειδε, κόρυς κόρυν, ἀνέρα δ' ἀνήρ.* Quem Homeri locum imitatus est Tyrtaeus (*Ὑποθῆκαι* Bergk frg. 11. v. 31) *καὶ πόδα παρ' ποδὶ θεὶς καὶ ἐπ' ἀσπίδος ἀσπίδ' ἐρείσας ἐν δέ λόφον τε λόφῳ καὶ κυνέην κυνέῃ καὶ στέρνον στέρνῳ πεπλημένος ἀνδρὶ μάχεσθαι.* Homeri exempla plenius afferam: *γ*, 242. *ἀθάνατοι θάνατον. κ*, 82. *ὅθι ποιμένα ποιμὴν ἠπύει εἰσελάων, ὁ δέ τ' ἐξελάων ὑπακούει. σ*, 73 *Ἶρος Ἄϊρος. ε*, 97 *θεὰ θεὸν. Ι*, 320. *κάτθαν' ὁμῶς ὅ,τ' ἀεργὸς ἀνήρ, ὅ,τε πολλὰ ἐοργώς. Δ*, 43 *ἑκὼν ἀέκοντί γε θυμῷ.* Haec formula apud posteros poetas valde adamata est. Pindarus ad hanc antithesin efficiendam etiam verbum *ἑκὼν* posuit, ubi propie non postulatur Olym. *Χ*, antistr. *β. ὡς Αὐγέαν λάτριον ἀέκονθ' ἑκὼν μισθὸν ὑπέρβιον πράσσοιτο.* Simile aliquid et forte mirabilius etiam in altero repe-

titionum genere offendemus. Homeri loci praeterea sunt: *Φ*, 280. *H*, 96. *B*, 235. *Π*, 44. *ι*, 493. *κ*, 119. *η*, 120. *ϱ*, 266. *τ*, 404. *δ*, 236. *ε*, 369. *ε*, 71. *M*, 267. *Σ*, 536. 7. *Λ*, 486. 150. 745. *Λ*, 266. *α*, 313. *H*, 39. 226. Hos duo locos, qui illud notum *οἰόθεν οἶος* continent, non ut Lehrsius vult: Wiederhol. derselb. Worte etc. p. 473 ad alterum genus refero, cui Homerus multo minus indulsit, sed in antithesibus numero, non hanc formulam cum *αἰνόθεν αἰνῶς* sed cum *ἀλλόθεν ἄλλος* componens. Sed de hac re postea plenius disputabo.

Hic tantus locorum numerus, qui facile valde augeri potest, docet iam Homerum huic figurae valde favisse ut erat arguto Graecorum ingenio accommodatissima. Porro, fere omnes huius figurae formas ab Homero expressas inventasque deprehendimus, quarum praecipue haec, qua loci *σ*, 73 *Ἶρος Ἄϊρος* et *Ψ* 97 *μῆτερ ἐμὴ δύςμητερ* efferuntur, maximi momenti est, cum posteriores poetae et et epici et dramatici et lyrici eam innumerabilibus locis ursurpaverint.

Soph. Antig. 1261. *φρενῶν δυςφρόνων*. 1277. *πόνοι δύςπονοι*. El. 1154. *μήτηρ ἀμήτωρ*. Oed. Tyr. 1214 *ἄγαμον γάμον*. Phil. 534. *ἄοικον οἴκησιν*. 846. *ὕπνος ἄϋπνος*.

Aeschyl. Prom. 903. *ἀπόλεμος πόλεμος*. Pers. 680. *νᾶες ἄναες, ἄναες*. Eum. 457. *ἄπολιν Ἰλίου πόλιν* Choeph. 40. — 313. *πάτερ αἰνόπατερ*. Eum. 1033. *Νυκτὸς παῖδες ἄπαιδες*. Choeph. 598. *ἀπέρωτος ἔρως*.

Eurip. Bacch. 66. *κάματον τ' εὐκάματον* Hel. 215. *αἰὼν δυςαίων* 365. *ἔργ' ἄνεργ'* 1180 *τέρας, οὐ τέρας* cfr. Soph. Oed. Tyr. *γυναῖκα τ' οὐ γυναῖκα* Hercl. Main. 1136. *ἀπόλεμον πόλεμον*. Iph. Taur. 904. *πόρον ἄπορον* 218 *δάκρυ' ἄδακρυ'* (Freudenthränen) 895 *ὁδοὺς ἀνόδους*. Hecab. 612 *νύμφην τ' ἄνυμφον, παρθένον τ' ἀπάρθενον*. In „Ranis“ Euripides ob hoc quoque istius figurae studium irridetur verbis, quae legimus v. 1334. *ψυχὰν ἄψυχον*

ἔχοντα. Sed tantum abest, ut id Euripidis proprium sit, ut Aeschylus eum huius figurae usu, ut paucissime dicam, aequet. In quem errorem: Euripidem in hac re ceteros poetas superasse, apud alios quoque incidimus. Matthiae. Lex. Eurip. v. *ἄχαρις*: Euripidem verborum lusibus gaudentem in hoc genere maxime luxuriasse. Qui iudicium suum, ut e verbis colligi potest, e Lobecki Paralipom. p. 229 cepisse videtur: „Quo in genere ante ceteros tragicos luxuriatur Euripides." Numerum quidem locorum non habeo, sed credo non recte iudicasse Lobeckium. Hic error virorum doctorum cum illo comparandus est, quem iam obiter attigi, Euripidem maxime etymologiis favisse, quod falsissimum est. Nempe Euripides ipse, qui tam saepe doctam eruditionem prae se ferat, huius erroris causa fuit.

Inter postremos poetas Nonnus hanc figuram valde amavit. Dionys. 6, 371. *κόσμος ἄκοσμος.* (idem **Σιβυλλ. λογ. Z**, 123) 17, 42. *οἶκον ἄοικον.* 17, 51 *δεῖπνον ἄδειπνον.* 20, 184 *ἄγγελον δυςάγγελον* 46, 194 *μῆτερ ἐμὴ δύςμητερ* (ex Homero) — 48, 803. — Oppiani quoque ea libenter usi sunt: Cyn. 1, 259. *λοξῇσίν τ' ἄθρησαν ἀνιάζοντες ὀπωπαῖς ἡ μὲν ἄρα τλήμων ἄγονον γόνον, αὐτὰρ ὅγ' αἶψα αἰνόγαμος, κακόλεκτρος ἀμήτορα μητέρα δειλήν.* Halieut 3. 303. *δῶρα χανὰν δύςδωρα.* (Soph. *δῶρα ἄδωρα.*)

Comparandus est versus 92. Hym. Hom. *εἰς Ἑρμ.: καί τε ἰδὼν μὴ ἰδὼν εἶναι.* Qui hymnus omnino rhetorico quodam colore perfusus est.

Illos tot locos, qui facile augeri possunt, apposui, ut doceant, quam frequens huius figurae usus fuerit. In qua una figura quamquam maxima formarum varietas est, tamen puto omnes ex Homeri inventis *σ*, 73 et *ψ*, 97 natas esse. Hoc recte Matthiae, v. *ἄχαρις* Lex.

Eurip. „Etiam haec praeierat Homerus, qui Irum Ἄϊρον appellat.“

Si quis locos Homericos a me allatos cum similibus posteriorum poetarum locis compararet, facile videret omnes fere huius per antithesin vocum repetitionis formas iam ab Homero fictas esse, posterioresque poetas id modo, quod iis tradebatur, variasse et pro sua argutiore natura frequentius adhibuisse. Novas enim formas sequentia saecula fere nullas hac in re creaverunt. — Nonnulla etiam apud posteros ex Homero capta aut ad similitudinem locorum Homericorum ficta videntur. Cfr. cum locis ι, 9 γ, 272. Δ, 43. ε, 97. ἐθέλων ἐθέλουσαν, οὐκ ἐθέλων ἐθελούσῃ, ἑκὼν ἀέκοντί γε θυμῷ, θεὰ θεὸν posteriorum locos: Prometh. 19. ἄκοντά σ' ἄκων. 218. ἑκόνθ' ἑκόντι. 672. ἄκουσαν ἄκων. Antig. 276. πάρειμι δ' ἄκων οὐχ ἑκοῦσιν. Pindari locum iam supra attuli p. 15. — Cyclops. ἑκὼν ἑκοῦσι. —

Aeschyl. Suppl. 144. θέλουσα δ' αὖ θέλουσαν. Prometh. 192. σπεύδων σπεύδοντα. Eurip. Bacch. ὁρῶν ὁρῶντα. Soph. Oed. Col. οὐκ εἰδότ' οὐκ εἰδυῖα. Pindar. Pyth. X. ἀντ. δ. φιλέων φιλέοντ', ἄγων ἄγοντα. Prometh. 29. θεὸς θεῶν. Hym. Hom. εἰς Ἑρμ. 154. θεὰν θεὸς. Aeschl. Supp. 149. ἀδμήτας ἀδμήτα. Eurip. Bacch. 161. ἱερὸς ἱερὰ. 157 εὔϊα τὸν εὔϊον. Aias. 1283. μόνος μόνου etc. . . .

Ad hunc dicendi modum Aristophanes alludit Ran. 1394. τὸν ἁλάδρομον ἁλάμενος. Eq. 189. κακὰ κακῶς. Forte ad Euripidis verba spectat. Medea 1384. σὺ δ' ὥσπερ εἰκός, κατθανεῖ κακὸς κακῶς. v. 801. ἐπεὶ κακὴν κακῶς θανεῖν σφ' ἀνάγκη.

Si autem eas formas, quas Homerus non exhibet, recensemus, sponte nobis observatio occurrit, eas ab Homero alienas esse, quae nimiam elegantiam nimiumque

artificium produnt.*) Huc faciunt praecipue omnes loci, ubi antithesis per similia modo verba fit, cuiusmodi exempla pauca demum apud tragicos iacent, Nonnus eorum permagnam vim continet. Soph. Antig. 1327. *βράχιστα γὰρ κράτιστα τὰν ποσὶν κακά* quod proverbii speciem prae se fert. Quanta autem vi ad intellectum impellendum hic similis sonus sit, recte monet Poggel, vir acuti ingenii. „Grundzüge einer Theorie des Reimes und der Gleichklänge p. 34, 36· Nempe similitudine soni ad conclusionem ducimur notiones quoque similes esse. Euripid. frg. 998 (Nauck. frg. trg.) *ἤπειρον εἰς ἄπειρον ἐκβάλλειν πόδα.* Aiac. 55. *ἔκειρε πολύκερων φόνον.* Aristoph. Ran. 1434. *ὁ μὲν σοφῶς γὰρ εἶπεν, ὁ δ' ἕτερος. σαφῶς.* Ran. 740. *ὅστις γε πίνειν οἶδε καὶ βινεῖν μόνον.* Eq. 1057. *ἀλλ' οὐκ ἂν μαχέσαιτο· χέσαιτο γάρ, εἰ μαχέσαιτο.* Haec duo posteriora simul exempla lusuum verborum, quos proprie sic dicimus, sunt. Amant autem lusus verborum hanc formam, qua optime efferuntur. — Anacreont. (p. 39. Brunk) *ὁ τὸν ἐν πόνοις ἀτειρῆ νέον, ἐν πόθοις ἀταρβῆ, καλὸν ἐν πόνοις χορευτὴν.*

Nonnus. Dionys. 14, 247. *εἴδια καλλείψας χοροτερπέος ἔνδια Ῥείης.* 23, 319. *Ἰνδοὺς θύρσος ἔπεφνε, καὶ ἔφλεγε πύρσος Ὑδάσπην.* 44, 154. *σήμερον αἰθαλέοντα μετ' ἀμπελόεντα τελέσσω.* 3, 208. *ἀγχινεφὴς νιφόεντι ῥόῳ κυμαίνετο πέτρῃ.* Orph. Argon. 653. *κραιπνὸς δ' ἐξ οὔρεος ἔπνεεν οὖρος.* Orph. Hym. 87, 11 *λιτανείων ὡς ἂν ἔοι γέρας ἐσθλὸν ἐν ἀνθρώποισι τὸ γῆρας.* Tzetzes. Homeric. 367. *Χρωτὶ δ' ἐρευθιόωντι καὶ ἄχροος ἔμπεσεν ὦχρος.*

---

*) Hi tamen Homeri loci forte excipiendi erunt Δ, 450. *ἔνθα δ' ἅμ' οἰμωγή τε καὶ εὐχωλὴ πέλεν ἀνδρῶν, ὀλλύντων τε καὶ ὀλλυμένων.* In eligendo enim verba: *οἰμωγὴ* et *εὐχωλή*, quae aeque ac sequentia: *ὀλλύντων* et *ὀλλυμένων* opponuntur, Homerus similitudinem soni petiisse videtur.

τ, 547. *οὐκ ὄναρ, ἀλλ' ὕπαρ ἐσθλόν.*

De Nonni locis: Dionys. 2, 2. — 12, 178. 179. — 37, 555 — 48, 351, cum iis forte etymologiae subesse possint, postea disputabo.

Nonni sermo omnino huius rhetorice arguteque loquendi generis maxime cupidus est. Ut enim parvum modo locorum delectum, quibus per antithesin voces repetuntur, afferam, tamen permagnus numerus est.

Dionys. *α*, 340. 389. 402. 436. 437. 524. *β*, 111. 287. 288. 304. 374. 377. 493. 623. 372. 376. 587. 630. 672. *γ*, 52. 257. 278. — 9, 29 — 11, 15. 75 279. — 14, 366. — 16, 133. — 17, 252 — 18, 55. 135. 136. — 19, 44. 58. — 20, 402. — 22, 78. — 23, 226. 308. — 26, 345. — 29, 99. — 31, 175. 244. — 42, 345.

Singula quaedam addere mihi liceat. Pindarus has vocum repetitiones non amat. Sed quae exempla huius rei habet, valde artificium produnt. De loco Olymp. X. antistrph. *β*. iam supra p. 15. egi. — Olymp. VI, ἐπῳδ. έ. eleganter dicitur: *οἴκοθεν οἴκαδα ποτινισσόμενον*, quod in proximo carmine VII, στρ. ά. repetitur. *οἴκοθεν οἴκαδε προπίνων*.

Soph. Ant. 359. *παντοπόρος, ἄπορος* quibus verbis in versu antistrophico respondet *ὑψίπολις· ἄπολις δ'*. Quod eo magis credendum est Sophoclem consulto ita instituisse, cum in altero vocum repetitionis genere, de quo mox videbimus, talis responsio apud Aeschylnm animadversa sit. Schulze: „De imaginibus et figurata Aeschyli elocutione.“ Prgr. Halberst. 1854. p. 20.

„Animadvertitur tamen, Aeschylum saepe consulto et arte quadam hac figura ita uti in canticis, ut versibus strophicis in antistrophicis aut eaedem voces repetitae respondeant aut certe alia geminatio locum teneat. Illius generis sunt. Pers. 1014. 1020. Pers. 1012. 1018. Ag. 1127, cui respondet 1140. Notabile est Eum. 125. 135.“

Graecorum proverbia huic antithesi valde indulsisse et per se credibile est et magna exemplorum copia comprobatur. In hanc quoque similium modo verborum oppositionem proverbia valde inclinant. Corp. paroem. Graec. ed. Leutsch et Schneidew. Tom. I.

Zenobius Centuria IV, 67. *ἕλκε μοιχὸν εἰς μυχόν.* Diogenian. I, 16. *ἀδεὲς δέος.* (*ἐπὶ τῶν μάτην δεδιότων*) IV, 96 *Ζεῖ χύτρα, ζῇ φιλία.* VI, 74 *μωμήσεταί τις μᾶλλον, ἢ μιμήσεται.* VII, 31. 65. *Πρὸς Κᾶρα καρίζεις* aut *Πρὸς Κρῆτα κρητίζεις.* 70. *ποταμὸς τὰ πόῤῥω ποτίζων, τὰ δ' ἔγγιον καταλείπει.*

Gregor. Cypr. II, 70. *Ἰσότης, φιλότης* in quo proverbio eadem soni repetiti vis est atque in nostro, quod Poggel l. l. citat: Ehestand, Wehestand.

Appendices. IV, 1. *λευκότερος Λεύκωνος.*

Tom. II. Macarius III, 28 *δεινότερα Δεινίου.* — *κύντερα Κύντωνος.* Quibus proverbiis vernaculum Goethi dictum: menschlicher als mensch respondet.

Tom. II. Diogenian. *I,* 77. *ἀντ' ἀγαθῶν ἀγαθίδες.* I, 36. *ἅμ' ἔπος, ἅμ' ἔργον.* Gregor. Cypr. III. 98. *κακὰ μὲν θρίπες, κακαὶ δ' ἶπες.* Macar. III, 44. *ἐὰν μὴ πάθῃς, οὐ μὴ μάθῃς.* Aesopus 14. *τὰ προλήμματα νικήματα.*

II.

Transeamus ad alteram vocum repetitionis causam, quae in sensu motuque, ut dixi, animi nostri posita est. Cum enim animum aliqua notio cogitatiove valde moveat, non statim novae cedit, sed diutius remanet, quod efficit, ut in sermone quoque verbum, quod huic notioni respondet, retineatur et bis terve ponatur.

Ut ab Homero incipiamus eumque, ut necesse est, ab aliis poetis segregatum tractemus, rarior apud Homerum huius figurae usus est. Cum enim omnino carminibus epicis minus apta sit, tum praecipue ab homericae poeseos

indole aliena est. Quod iam I. Bekkerus Hom. Blätt. I, 185 observavit: Aber die eigentlichste wiederholung, dasselbe wort in derselben form zwei unmittelbar aufeinanderfolgende male gesetzt, wie es die dramatischen dichter und die spätern hexametrischen lieben, kömmt weder in Il. noch Od. vor. Lehrsius quoque: Wiederhol. derselb. Worte etc. p. 474 hanc Bekkeri animadversionem valde laudat et e more suo ingenioso nonnulla praeclara addit. Sed, etsi Homero ea harum repetitionam forma, quae maxime lyrica est, abroganda est, tamen non parvus et aliquanto maior quam Lehrsius putavit, numerus exemplorum est, quae e simili animi affectu ac posteriorum repetitiones enata sunt.

α, 242. *ᾤχετ' ἄϊστος, ἄπυστος* (similis modo sonus) Simile aliquid habet Aeschylus: Prom. 479. *οὐκ ἦν ἀλέξημ' οὐδέν, οὐδὲ βρώσιμον, οὐ χριστόν, οὐδὲ πιστόν*. cfr. Theocrit. Idyll. XI. (*Κύκλωψ*) *Οὐδὲν πὸτ τὸν ἔρωτα πεφύκει φάρμακον ἄλλο Νικία οὔτ' ἔγχριστον, ἐμὶν δοκεῖ, οὐδ' ἐπίπαστον*.

Β, 325 *ὄψιμον, ὀψιτέλεστον* Quod Nonno Dionys. *γ*, 124 *δολόμητι, δολοπλανὲς* obversatum esse videtur. ***Ε***, 31. 455. *Ἆρες, Ἄρες* quod imitatus est Nonnus. Dionys. 29, 327. 36, 257. ***Σ***, 26. ***Π***, 776. *ω*, 40. *μέγας μεγαλωστί* ***Η***, 97. *αἰνόθεν αἰνῶς*. ***Ε***, 22 *οὐδὲ γὰρ οὐδέ κεν αὐτὸς ὑπέκφυγε Κῆρα μέλαιναν*. ***Ψ***, 116. *πολλὰ δ' ἄναντα κάταντα πάραντά τε δόχμιά τ' ἦλθεν*. ***Θ***, 27. *τόσσον ἐγὼ περί τ' εἰμὶ θεῶν, περὶ τ' εἴμ' ἀνθρώπων*. (repetitio verbi *περί* sublimitatis notionem retinet). ***Ω***, 245 *πρὶν ἀλαπαζομένην τε πόλιν κεραϊζομένην τε*. Memorabilis Homeri locus est ***Ε***, 267.

. . . . . . *οὕνεκ' ἄριστοι*

ἵππων, ὅσσοι ἔασιν ὑπ' ἠῶ τ' ἠέλιόν τε,

quo loco verbum *ἠῶ* ad verbum *ἠέλιον*, quod per se solum cogitationi exprimendae sufficit, per pleonasmum additur,

ut similitudine soni vis verbi *ἠέλιος* augeatur. Interdum, ut notio *πάντες, πάντα* etc. magis urgeatur, in duas partes dividitur, quae similibus verbis exprimuntur. *X*, 434. *πᾶσί τ' ὄνειαρ, Τρωσί τε καὶ Τρωῇσι* *Ω*, 704 *Ὄψεσθε, Τρῶες καὶ Τρωάδες, Ἕκτορ' ἰόντες.* Comparari potest cum his locis Horatianum illud Sat. I, 1. 85. omnes Vicini oderunt, noti, pueri atque puellae. Horat. Sat. II, 3. 130. aliter: ibid. v. 325.

Formula quoque Homerica *πρόσσω καὶ ὀπίσσω* locis *Σ*, 250. *Γ*, 109. *ω*, 451. notionem *πάντα* circumscribit. Aliter de hac formula *Α*, 343 mihi iudicandum videtur esse, de quo postea plenius disputaturus sum. *ι*, 415 *Κύκλωψ δὲ στενάχων τε καὶ ὠδίνων ὀδύνῃσιν.* Multis quoque locis haec ad notionem aliquam aggravandam repetita verba per antithesin efferuntur, quamobrem eorum partem iam in primo genere posui. Huc faciunt: *Τ*, 290 *ὥς μοι δέχεται κακὸν ἐκ κακοῦ αἰεί.*

Π, 111 *πάντῃ δὲ κακὸν κακῷ ἐστήρικτο.* *Ν*, 130 *φράξαντες δόρυ δουρὶ κ. τ. λ.*

η, 120 *ὄγχνη ἐπ' ὄγχνῃ γηράσκει, μῆλον δ' ἐπὶ μήλῳ, αὐτὰρ ἐπὶ σταφυλῇ σταφυλή, σῦκον δ' ἐπὶ σύκῳ.* Omnes hi loci antitheseos formam praebent, qua notio continuitatis efficitur, sed haec continuitatis notio copiae notionem auget. *Π*, 105 (*Αἴας*) *βάλλετο δ' αἰεὶ κὰπ φάλαρ' εὐποίηθ'· ὁ δ' ἀριστερὸν ὦμον ἔκαμνεν, ἔμπεδον αἰὲν ἔχων σάκος αἰόλον οὐδ' ἐδύναντο ἀμφ' αὐτῷ πελεμίξαι ἐρείδοντες βελέεσσιν. αἰεὶ δ' ἀργαλέῳ ἔχετ' ἄσθματι,* . . . . *η*, 95 *ἔνθα καὶ ἔνθα.* *φ*, 154. *τρισμάκαρες μὲν σοίγε πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ, τρισμάκαρες δέ κασίγνητοι.* *Γ*, 363. *ι*, 71. *τριχθά τε καὶ τετραχθά* verba, etsi in formulam abierunt, non excludenda sunt. *π*, 117. *ὧδε γὰρ ἡμετέρην γενεὴν μούνωσε Κρονίων. μοῦνον Λαέρτην — μοῦνον — μοῦνον* . . . . . . *δ*, 183. *κλαῖε μὲν Ἀργείη Ἑλένη, Διὸς ἐκγεγαυῖα, κλαῖε δὲ Τηλέμαχός τε καὶ Ἀτρείδης Μενέλαος.*

Sunt autem non pauci loci, in quibus eadem sententiae forma repetita vim alicuius notionis auget. *B*, 382. *εὖ μέν τις δόρυ θηξάσθω, εὖ δ' ἀσπίδα θέσθω, εὖ δέ τις ἵπποισιν δεῖπνον δότω ὠκυπόδεσσιν, εὖ δέ τις ἅρματος ἀμφὶς ἰδὼν, πολέμοιο μεδέσθω.* sic *E*, 385. *τλῆ μὲν Ἄρης* 392. *τλῆ δ' Ἥρη.* 395. *τλῆ δ' Ἀΐδης.* Quod imitatus est Panyasis (Heracl.) frg. 16. Kinkel. *Τλῆ μὲν Δημήτηρ, τλῆ δὲ κλυτὸς Ἀμφιγυήεις, τλῆ δὲ Ποσειδάων, τλῆ δ' ἀργυρότοξος Ἀπόλλων ἀνδρὶ παρὰ θνητῷ θητευέμεν εἰς ἐνιαυτόν. τλῆ δὲ καὶ ὀβριμόθυμος Ἄρης.* Sic. *Σ*, 483 ubi multitudinem rerum in Achillis scuto repraesentatarum describit, saepius sententiae verbo *ἐν* efferuntur: *ἐν μὲν γαῖαν ἔτευξ', ἐν δ' οὐρανὸν, ἐν δὲ θάλασσαν, ἠέλιόν τ' ἀκάμαντα σελήνην τε πλήθουσαν,ἐν δὲ τὰ τείρεα πάντα* Item *E*, 740. *Σ* 535. In quam sermonis figuram apud Hesiodem quoque non raro incidimus: Theog. 435. 439. 444 ubi Hecates virtutes enumerat, repetitione verbi *ἐσθλὴ* melius multitudo deae virtutum significatur. Cf. Hes. Scut. 144. 154. 161. 168. 178. 191. 201. 207. 217. Apud posteros etiam saepius. Soph. Trach. 517. El. 300. Phil. 663. *ὅς γ' ἡλίου τόδ' εἰσορᾶν ἐμοὶ φαὸς μόνος δέδωκας, ὃς χθόν' Οἰταίαν ἰδεῖν, ὃς πατέρα πρέσβυν, ὃς φίλους, ὃς τῶν ἐμῶν ἐχθρῶν μ' ἔνερθεν ὄντ' ἀνέστησας πέρα.*

Haec autem res pleniorem disputationem flagitat. Sunt enim loci, ubi tales sententiarum per idem verbum elatarum repetitiones minime notionis alicuius vim augendo inservire videntur. Sic. *A*, 436. *ἐκ δ' εὐνὰς ἔβαλον, κατὰ δὲ πρυμνήσι' ἔδησαν· ἐκ δὲ καὶ αὐτοὶ βαῖνον ἐπὶ ῥηγμῖνι θαλάσσης. ἐκ δ' ἑκατόμβην βῆσαν ἑκηβόλῳ Ἀπόλλωνι· ἐκ δὲ Χρυσηῒς νηὸς βῆ ποντοπόροιο.* Etiam minus *γ*, 430. . . . . *ἦλθε μὲν ἂρ βοῦς ἐκ πεδίου, ἦλθον δὲ θοῆς παρὰ νηὸς ἐΐσης Τηλεμάχου ἕταροι . . . ἦλθε δὲ χαλκεὺς* . . . . 435 . . . . *ἦλθε δ' Ἀθήνη.* His locis series nonnulla-

rum similium aut aequalium actionum hoc modo exprimitur. —

Praeclara Lehrsi p. 474 observatio est interdum analepseos figuram non modo filum orationis annectere, sed etiam in hac verbi repetitione aliquid inesse, quod notionem magis sensui nostro commendet. Cuius rei exempla, quae affert. *Ψ*, 641. *X*, 127. *Υ*, 371 possunt augeri locis *B*, 671. *Νιρεὺς αὖ Σύμηθεν ἄγε τρεῖς νῆας ἐΐσας, Νιρεύς, Ἀγλαΐης υἱός, Χαρόποιό τ' ἄνακτος, Νιρεύς, ὃς κάλλιστος ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθεν.* (Solum duplicis in analepsi repetitionis exemplum) et *B*, 871. — Aliis locis epanalepsis hanc vim non habet. *Φ*, 86. *Z*, 395. *A*, 266. *B*, 837. — *α*, 22.

Hanc epanalepsin Callimachus inter posteriores libenter usurpavit. Hym. *εἰς Δία* v. 87 (ed. Ernesti) de Ptolemaeo rege:

ἑσπέριος κεῖνός γε τελεῖ τά κεν ἠοῖ νοήσῃ.
ἑσπέριος τὰ μέγιστα, τὰ μείονα δ' εὖτε νοήσῃ.

in Delum. v. 118. in Artem. v. 18. in Del. 224. *εἰς λοῦθρ. Παλλαδ.* v. 40. v. 135. *εἰς Δημητρ.* v. 7. (Plane easdem epanalepseos formas, quas in Callimachi libris observamus, in Latinorum carminibus elegiacis offendimus: Cfr. Tibull. I, 1: 61. 63. I, 3: 4. 5. Catull. 66, 75.) Epigrammat. XXVI.

Ὤμοσε καλλίγνωτος Ἰωνίδι, μήποτ' ἐκείνης
ἕξειν μήτε φίλον κρείσσονα, μήτε φίλην.
Ὤμοσεν. ἀλλὰ λέγουσιν ἀληθέα, τοὺς ἐν ἔρωτι
ὅρκους μὴ δύνειν οὔατ' ἐς ἀθανάτων.

Species quoque epanalepseos illa logicarum philosophorum conclusionum forma est, quam Callimachus in poesin introducere conatus est. *εἰς Ἀπολλ.* v. 25.

. . . . . . *κακὸν μακαρέσσιν ἐρίζειν.*
ὃς μάχεται μακαρέσσιν, ἐμῷ βασιλῆι μάχοιτο.
ὅστις ἐμῷ βασιλῆι, καὶ Ἀπόλλωνι μάχοιτο.

Callimachus huius figurae formas variavit. Quod non dici potest de Dionysio Periegeta, qui mirum quantum hac figura gavisus est. Is enim e more Homerico epanalepsi usus est eo modo differens, quod in taedium lectoris eam nimis saepe adhibet. In MCC versibus XVI exempla iacent. Speciminis causa adscribo: v. 352.

Θύμβρις ἑλισσόμενος καθαρὸν ῥόον εἰς ἅλα βάλλει,
Θύμβρις ἐϋρρείτης, ποταμῶν βασιλεύτατος ἄλλων,
Θύμβρις, ὃς ἱμερτὴν ἀποτέμνεται ἄνδιχα Ῥώμην,
Ῥώμην τιμήεσσαν, ἐμῶν μέγαν οἶκον ἀνάκτων.

v. 815.

Ἴλιον ἠνεμόεσσαν ὑπὸ πλευρῇσιν ἔχουσα,
Ἴλιον, ἀγλαὸν ἄστυ παλαιγενέων ἡρώων.
Ἴλιον, ἣν ἐπόλισσε Ποσειδάων καὶ Ἀπόλλων.
Ἴλιον, ἣν ἀλάπαξαν Ἀθηναίη τε καὶ Ἥρη.

Praeterea. v. 174. 195. [352.] [et 354.] 357. 379. 390. 442. 461. 502. 609. 633. 695. 794. [815.] 868.

In numerum locorum Homericorum, quibus vocum repetitio vim notionis auget, non admisi *H*, 39. 226 *οἰόθεν οἶος*, quae verba Lehrsius huc traxit. Idem Passowi iudicium de hoc loco videtur: v. *οἰόθεν:* Eigentlich „allein von Einer Seite allein, also ein verstärktes *οἶος* ganz allein, allein für sich, wie *αἰνόθεν αἰνῶς*.“ Haec autem vis „ganz allein“ verbis subesse non potest, cum locus tali notionis aggravationi minime faveat. Immo vero aliquid distributivi orationis filo accommodatissimum est. Itaque haec verba non cum *αἰνόθεν αἰνῶς* sed cum illa vulgari formula *ἀλλόθεν ἄλλος* comparans vernacule sic reddam: ein einzelner von einer einzelnen seite id est: von jeder seite einer. ut *ἀλλόθεν ἄλλος* ein anderer von einer andern seite id est: von jeder seite ein anderer aut ein jeder von einer andərn seite. Sic Hesychius quoque interpretatur v. *οἰόθεν οἶος· ἐκ μόνου μόνος· τουτέστι*

μόνος πρὸς μόνον. Solius antitheseos studium hanc repetitionem mihi effecisse videtur. —

Item locum nobilem *ψ*, 97 *μῆτερ ἐμή, δύςμητερ*, quem Lehrsius p. 474 huc pertinere credit, in hoc genere non ponam. Vis enim verbi *μήτηρ* hic nullo modo urgetur. Non id enim Telemachus matri exprobrat, eam malam matrem esse, sed eam nullum de patris adventu gaudium ostendere. Cum igitur filius cum vulgari et multo usu trita allocutione *μῆτερ ἐμή* dixisset et tum dicere vellet: mulier lenti animi es! per antithesin hanc cogitationem uno verbo *δύςμητερ* expressit.

Longum est innumerabiles huius figurae formas exemplis illustrare. Itaque id modo agam, ut nonnulla maxime notatu digna afferam.

Supra ad Homeri locos *X*, 434. *Ω*, 704. observavimus, quanta vi notio „*πάντες*" duobus similibus verbis exprimatur. Cuius figurae singularis usus praecipue Sophoclis proprius fuisse videtur. Qui poeta etiam tum ea usus est, cum horum verborum alterum falso ponitur. Electra 303. *ἐγὼ δ' Ὀρέστην τῶνδε προςμένουσ' ἀεὶ πανστῆρ' ἐφήξειν ἡ τάλαιν' ἀπόλλυμαι. μέλλων γὰρ αἰεὶ δρᾶν τι τὰς οὔσας τέ μου καὶ τὰς ἀπούσας ἐλπίδας διέφθορεν*. Antig. 1108. *ὧδ' ὡς ἔχω στείχοιμ' ἄν· ἴτ' ἴτ' ὀπάονες, οἵ τ' ὄντες, οἵ τ' ἀπόντες* . . In his duobus locis alterum verbum falsum est, in aliis non falsum quidem, at supervacaneum est. Soph. Frg. 86 (Nauck) *δεινὸς γὰρ ἕρπειν πλοῦτος ἔς τε τἄβατα καὶ πρὸς τὰ βατά*. Quid enim opus erat dicere divitias *πρὸς τὰ βατὰ* serpere? Oed. Col. 1000. *σὺ δ', εἶ γὰρ οὐ δίκαιος, ἀλλ' ἅπαν καλὸν λέγειν νομίζων, ῥητὸν ἄῤῥητόν τ' ἐπὸς*. Id non vituperatur eum *τὸ ῥητὸν* dicere. Huic loco opponam Horati versum 72 epist. *I*, VII. „Ut ventum ad coenam est, dicenda tacenda locutus Tandem dormitum dimittitur." Cum id modo Horatius irrideat,

eum inepte multa garrivisse, quae melius tacuisset, non debuit addere dicenda quoque eum locutum esse. — Forte Aristophanis quoque locus Nub. 98 huc quadrat. *οὗτοι διδάσκουσ', ἀργύριον ἤν τις διδῷ, λέγοντα νικᾶν καὶ δίκαια κἄδικα.* cum id modo Strepsiadae referat, ut aes alienum *ἀδίκως* fugiat. Cum hic exemplis conferas velim locum Pindaricum, quem p. 15. in altero vocum repetitionem genere posui, ubi verbum *ἑκὼν* supervacaneum est. —

Lobeckius quoque ad Phryn. p. 754 hanc rem attigit e poetis unum locum Ant. 1108 afferens. Sic antem vir doctus iudicavit: „Verum his formulis *εἴτε παρὼν εἴτε ἀπὼν, ζῶν καὶ θανὼν, ζῶντες καὶ νεκροὶ* crebra consuetudine tantum de potestate sua detritum est, ut postremo etiam tunc usurpentur, ubi mortui aut absentes nulli intelligi possunt. In Soph. Ant. 1095 quis non videt, hoc tantum dici: quotquot sunt? Ep. ad Corinth. V, 9 significatur hoc tantum: *πάντως, διὰ παντός.*"

Recte Lobeckius; id modo mihi satis persuadere non possum haec vulgari sermoni, non singulis poetis danda esse. —

Hic quoque Aristophanis locus Vesp. 466 omitti non debet: *ὦ πόνῳ πονηρέ.* o pessume! Cum verbo *πόνῳ* minime opus sit, idcirco modo positum est, ut simili sono vis notionis *πονηρός* augeretur. Cfr. Lobeck. Paralip. p. 530.

In tragicorum choris easdem voces a querentibus, laetantibus etc. saepissime repeti notum est. Apud Aeschylum animadversum est, symmetriam quandam in hac re affectare hunc poetam. (cfr. p. 20.) — Porro Lehrsius l. l. observavit Euripidem has repetitiones valde perperam saepe usurpare, cum verba nullius momenti repetat.

Id adiiciam Aristophanem hoc Euripidis vitium in Ranis acerrime perstringere, quo loco Aeschylum Euripidis choros imitantem facit: v. 1352.

ὁ δ' ἀνέπτατ' ἀνέπτατ' ἐς αἰθέρα
κουφοτάταις πτερύγων ἀκμαῖς·
ἐμοὶ δ' ἄχε' ἄχεα κατέλιπε,
δάκρυα δάκρυά τ' ἀπ' ὀμμάτων
ἔβαλον ἔβαλον ἁ τλάμων.

Praeterea. v. 1338. v. 759.

In causis autem huius rei artem musicam non minimam esse Lehrsi ingeniosa coniectura est, quae nescio, cum rerum musicarum imperitus sim, num eo quoque affirmetur, quod Aristophanes in eodem illo Ranarum loco id in Euripidis choris irridet, etiam singulas syllabas saepius repeti v. 1314. *εἱειειειειειλίσσετο.* „In antiqua illa severaque Aeschyli arte musica quot metro continebantur verborum syllabae, totidem notae musicae inerant in cantu. Contra recentior Euripidis musica non dubitabat unam syllabam vel sexies repetere, ut senis notis pro una locus daretur: quo in genere magis etiam peccare solet musica hodierna.“ Fritzsche.

Quod ad has lyricas vocum repetitiones poetarum epicorum attinet, Alexandrinonum demum temporibus istae eiusdem verbi repetitiones frequentius in carmina epica irrepere coepisse videntur.

Apollonii Rhodii locum *B.* 704, quem Bekker huc facere putat, non admittam. Nempe huic repetitioni antitheseos acumen subest, non vis lyrica. Equidem hoc exemplum in alterum repetitionum genus transportem, quod viri docti non semper acute ab hoc altero, in quo nunc versamur, secernunt.

ἀμφὶ δὲ δαιομένοις εὐρὺν χορὸν ἐστήσαντο, καλὸν Ἰηπαιήον', Ἰηπαιήονα Φοῖβον μελπόμενοι. Narrat Apollo-

nius Graecos Apollinem illo cantu celebrasse, qui verbis *Ἰὴ παιῆον* incipit, unde deum cognomen traxisset. —

Sed v. 693 huc quadrat. *ἀλλ' ἵληθι ἄναξ, ἵληθι φαανθείς.* Apollonius tamen istis repetitionibus non valde indulsisse videtur, magis Callimachus, Theocritus, Bion iis faverunt, ut intelligi possit, non statim in carmina, quae proprie epica dicenda sunt, talibus repetitionibus accessum datum esse, sed primum eas in hymnos et idyllia receptas esse. Theocrit. 1, 120. 4, 26. 54. 6, 8. 8, 69. 11, 72. Bion. 1, 16. Callimachus. in Apoll. 2. *ἑκάς, ἑκάς, ὅστις ἀλιτρός.* 25. 30. 103. In Artem. 18. In Del. 204. 214. 260. *Χρύσεά τοι τότε πάντα θεμείλια γείνετο Δῆλε, Χρύσῳ δὲ προχέουσα πανήμερος ἔῤῥεε λίμνη, Χρύσειον δ' ἐκόμισσε γενέθλιον ἔρνος ἐλαίης. Χρύσῳ δὲ πλήμμυρε βαθὺς Ἰνωπὸς ἑλιχθεὶς αὐτὴ δὲ χρυσέοιο ἀπ' οὔδεος εἵλεο παῖδα.* (cfr. Dionys. Perieg. 1059) — *εἰς Δημητρ.* 18. 47. 64. *ναί, ναὶ τεύχεο δῶμα, κύον, κύον.*

At quamvis hac re Callimachus ab Homero differat, magis etiam a Callimacho distat Nonnus, qui ad vim augendam saepissime vel totas sententias repetit. Dionys. 3, 359. 24, 204. 18, 359. 26, 129. 33, 341. 381. 35, 284. 34, 329. 5, 395 cfr. 401. 12, 213. 12, 260. 40, 38. 11, 302. 48, 535. 31, 95. 46, 242. 16, 354.

ὤμοι παρθενίης, ἣν ἥρπασεν εὔϊον ὕδωρ
ὤμοι παρθενίης, ἣν ἥρπασεν ὕπνος ἐρώτων.
ὤμοι παρθενίης, τὴν ἥρπασε Βάκχος ἀλήτης.
ἐῤῥέτω Ὑδρυάδων δολόεν ποτὸν, ἐῤῥέτω εὐνή.

Metaphr. *η*, 43. *ε*, 89. *O*, 8. *μίμνετε συμπεφυῶτες ἐμῷ παλιναυξεῖ θάμνῳ, μίμνετε συμπεφυῶτες ἐμοί, O*, 55. *T*, 110. 75. *Σ*, 33.

In tragicorum dialogis, qui generi epico magis affines sint, multo rarior, quam in lyricis partibus fabularum, at tamen non infrequens vocum repetitionis usus est. Prometh. 266. *ἑκὼν, ἑκὼν ἥμαρτον, οὐκ ἀρνήσομαι.* 279.

943. 944. Euripides. Troad. 1022. Heraclid. 450. Jon. 750. *ἕλχ' ἕλκε πρὸς μέλαθρα.* Bacch. 1065. *κατῆγεν, ἦγεν, ἦγεν εἰς μέλαν πέδον.* Iph. Taur. 1417 *μᾶλλον δὲ μᾶλλον πρὸς πέτρας ᾔει σκάφος.*

Figura etymologica quoque saepius vim quandam in se habet neque semper a simplicis verbi significatione non distat. Quod e. g. locis Eurip. Med. 322 *μὴ λόγους λέγε* Eq. 487 *κραγὸν κεκράξεται* vix negari posse puto. Hac quoque de re plenior disputatio desideratur.

Iocose apud Aristophanem dicitur Eq. 1154. *ἐγὼ δὲ δεκάπαλαί γε, καὶ δωδεκάπαλαι, καὶ χιλιόπαλαι καὶ πρόπαλαι, πάλαι, πάλαι.*

Haec duo genera, de quibus disputavimus, omnes fere tam varias vocum repetitionum formas continent. Paucissima modo exempla in iis non locanda sunt.

Interdum fit, ut poetae sonum aliquem animalium vocum aut maris undarum etc verborum sono imitari studeant. Quod agentes non semper unum modo verbum ita formant aut eligunt, ut sono, quem imitari volunt, respondeat, sed, ut aures melius afficiant, etiam duo vel tria verba eiusdem soni componunt. Hes. *ἐργ.* 486. *ἦμος κόκκυξ κοκκύζει δρυὸς ἐν πετάλοισι.* v. 747. *μή τοι ἐφεζομένη κρώζῃ λακέρυζα κορώνη.* Arat. *Διοσημ.* 292. *καὶ σπίνος ἠῷα σπίζων.* Arist. Eq. 1051. *ἐπικρώζουσι κορῶναι.* Homer. *μ,* 104. 235. *τῷ δ' ὑπὸ δῖα Χάρυβδις δεινὸν ἀνεῤῥοίβδησε θαλάσσης ἁλμυρὸν ὕδωρ.* Oppian. Cyn. 3, 117. cfr. Hes. *ἐργ.* 747. Amat haec Oppianus iunior Cyn. 3, 36. 125. Hal. 5, 220. *ἑλκομένη δίνῃσι πολυῤῥοίβδοισι Χάρυβδις.*

Similitudinem soni per se, ita ut praecedens verbum cum sequente nullo cum sensus fructu „alliteratione" coniungeretur, numquam poetae Graeci affectaverunt. Tales enim locos ut Aristoph. Nub. 6. nemo recte huc trahere potest. *ἀπόλοιο δῆτ' ὦ πόλεμε, πολλῶν οὕνεκα.*

Notio enim *ἀπόλοιο* repetita syllaba *πολ* retinetur aggravaturque. Idem statuendum est de loco Av. 321. *ἥκετον δ' ἔχοντε πρέμνον πράγματος πελωρίον.*

Restant loci, ubi sd significationes nominum propriorum similibus verbis adiectis respicitur alluditurque. Hac in re inter viros doctos singulos locos interpretantes acris disceptatio magnaque sententiarum varietas esse potest, num hic aut illic in consilio poetae fuerit aliquod nomen explicare aut ad id alludere. In causis autem discidii nunc forsan erit, quod vocum similitudo tenuior atque exilior est, quam ut lector alterum attingens alterum reminiscatur. Quae lites suepe non dirimendae sunt, ita ut rem in medio reliquere cogaris. Licet tandem concedatur loco aliquo satis eminentem atque sufficientem similitudinem esse, disputari potest, locus etymologiis instituendis faveat an repugnet; num omnino poetae ingenio talia dari possint. Ne quid igitur temere faciamus, opus est, ingenia indolesque singulorum poetarum cognoscere recteque perpendere. Quod quum ubique faciamus necesse est, tum praecipue de Homeri carminibus, quid nobis hac in re praebeant, disputantes.

De etymologiis Homericis.

Saepe apud Homerum in locos incidimus, quibus ad nomina propria verba similia adiecta sint. Tum consilio nostro fluctuamus neque certo scimus, quid de tali concursione iudicandum sit. In quibus augustiis analogias circumspectantes optimum est nos ad nostra Germanorum poetarum carmina recurrere. Cum enim apud Homerum ut in alienae gentis lingua non bene diiudicare possimus, quid ad aures Graecorum hominum accidere potuerit, hanc inopiam nihil tollere potest, nisi comparatio locorum, quos Germanica carmina offerunt. —

Si ad ea modo carmina epica spectamus, quae „Nibelungenlied“, „diu Klage“, „Gûdrûn“, „Waltharius“ nominamus, id praemittendum est, nobis nulla certa etymologiarum exempla offerri, cum apud Homerum complura certa exempla nos doceant, Homerum ad vim nominum attentum fuisse.

„Waltharius“ quidem duos locos continet, quibus ad nomen „Hagen“ ita alluditur, ut nemo negare possit. v. 1350 (ed. Scheffel):

Ilico et elata Haganoni voce profatur „O palinure vires foliis, ut pungere possis. ut Scheffel vertit: Zu Hagen rief er drum: O Hagdorn grün im Laub, du magst so gern mich stechen. et paullo post iterum. v. 1412. Hic tandem Hagno spinosus etc. . . . Sed incertum est, utrum haec iam in carmine Germanico infuerint, an monachus, qui Latine vertit, cum ei veterum poetarum loci obversarentur, haec ingesserit.

Praeterea nonnulli loci sunt, ubi verisimile est, poetas ad nominum vim spectare. Sic. Niblg. str. 2256.

er sprach: und sint erstorben alle mîne man,
sô hât mîn got vergezzen, ich armer Dietrîch.
ich was ein künec gewaltic hêr unde rîch.

(Tenendum est „diet“ pro „Leute“ in carminibus Klage et Gûdrûn non raro legi.) Puto hoc loco verbum „armer“ ad nomen „Dietrîch“ per oxymori figuram adiectum esse. Ut occasio, ita id quoque coniecturae favet, quod hic unus locus videtur esse, quo aliquis se ipse suo nomine alloquitur. Item „Klage“ 514. nu solt ir, edel künec guot, troesten friuntliche mich armen Dietrîche.

Valde quoque trium verborum similitudine Gûdrûn str. 623 compellor, ut paretymologiam — si licet mihi hac significatione, quam supra defendi, uti — statuam. daz muote **Hart**muote **harte** sêre. Quamquam in sermone nihil recte nos offendat.

Item str. 1371 Hartmuot, cum Ludowico patri suo in τειχοσκοπίᾳ quadam hostium signa explicet, haec dicit

Noch sihe ich ir einen mit liehten sparren rôt:
dâ stênt örter inne. des kument helde in nôt.
der ist Ortwînes dâ hêr von Nortrîche.

Iterum: str. 1460.

dâ bî in der naehsten sîh ich die vînde mîn.
der wint diu örter rüeret. dâ ist her Ortwin.

Haec tam pauca sunt omnia, quae ex illis carminibus huc faciunt. Praeterea autem magnus talium locorum numerus est, ubi haec similis verbi ad aliquod nomen proprium adiectio nihil rhetorici, nullum acumen in se habet, sed sono tantum continuando inservit. Cuius soni continuationis studium in poesi Germanica latissime patet. Inveniuntur autem tales soni repetitiones et in versuum finibus, in rimis, et in mediis versibus. Nibl. str. 139.

und ouch von Tenemarke der künec Lindgast.
die brâhten in ir reise vil manegen hêrlîchen gast.

„Klage.“ 779.

Och sluog er Sighêre, einen degen hêre.

Talium in rimis consonantiarum magnam exemplorum copiam attulit W. Grimm. Zur Geschichte des Reims. p. 550. At, quamquam his locis sonus rimi causa repetitur, vis rhetorica insuper accedere potest. Quod fieri puto in cantu nostro populari: „Ist es das stolze Oestereich, an Ehren und an Siegen reich?“

In mediis autem versibus exempla non rarius inveniuntur. Gûdrûn. str. 921.

er entrouta niht sô gâhes die Hilden hulde wider gewinnen.

str. 486. Hetele hete gegrüezet. cfr. 857. Puto, quod poeta simili sono tam gaudet, eum ad nomen Herwîc quoque saepius verbum „herre“, „her“ apponere. str. 1164. 1255. 1373. den bringet uns her Herwîc da her

von Sêlanden. 1401. 1491. 1564. 1608. 1651. 1674. 1689. 1690. „Klage.“ 234. die werten sich vil sêre Giselhêr der hêre. 203.

Post hunc recensum ad Homerum revertamur. Offerunt autem se nobis non pauci loci, ubi iuxta nomina propria talia verba iacent, de quibus, quid statuendum sit, post videbimus.

B, 758. *τῶν μὲν Πρόθοος θοὸς ἡγεμόνευεν* *ω*, 465. *ἀλλ' Εὐπείθει πείθοντ'* *ι*, 460. *λωφήσειε κακῶν, τά μοι οὐτιδανὸς πόρεν Οὖτις.* *Δ*, 354. *ὄψεαι, ἢν ἐθέλῃσθα, καὶ αἴ κέν τοι τὰ μεμήλῃ Τηλεμάχοιο φίλον πατέρα προμάχοισι μιγέντα.* *H*, 219. *σάκος, ἠΰτε πύργον, χάλκεον, ἑπταβόειον, ὅ οἱ Τύχιος κάμεν τεύχων.* *Θ*, 312. *ἀλλ' Ἀρχεπτόλεμον θρασὺν Ἕκτορος ἡνιοχῆα, ἱέμενον πόλεμόνδε βάλε στῆθος παρὰ μαζόν.* *Θ*, 119. *ὁ δ' ἡνίοχον θεράποντα, υἱὸν ὑπερθύμου Θηβαίου Ἠνιοπῆα, ἵππων ἡνί' ἔχοντα, βάλε στῆθος παρὰ μαζόν.* *Z*, 201. *ἤτοι ὁ κὰπ πεδίον τὸ Ἀλήϊον οἶος ἀλᾶτο, ὃν θυμὸν κατέδων, πάτον ἀνθρώπων ἀλεείνων.* *E*, 845. *αὐτὰρ Ἀθήνη δῦν' Ἄϊδος κυνέην, μή μιν ἴδοι ὄβριμος Ἄρης.* *N*, 481. *δείδια δ' αἰνῶς Αἰνείαν.* *μ*, 85. *ἔνθα δ' ἐνὶ Σκύλλη ναίει δεινὸν λελακυῖα. τῆς ἤτοι φωνὴ μὲν ὅση σκύλακος νεογιλῆς.* *T*, 91. *πρέσβα Διὸς θυγάτηρ Ἄτη ἣ πάντας ἀᾶται.* *Φ*, 6. *ἠέρα δ' Ἥρη πίτνα.* *Y*, 404. *ὡς ὅτε ταῦρος ἤρυγεν ἑλκόμενος Ἑλικώνιον ἀμφὶ ἄνακτα.* *Y*, 389. *τὸ μὲν οὐ δύνατ' ἄλλος Ἀχαιῶν πάλλειν, ἀλλά μιν οἶος ἐπίστατο πῆλαι Ἀχιλλεύς, Πηλιάδα μελίην, τὴν πατρὶ φίλῳ πόρε Χείρων Πηλίου ἐκ κορυφῆς.* *λ*, 486. *τῷ μήτε θανὼν ἀκαχίζευ Ἀχιλλεῦ.* *Π*, 358. *Αἴας δ' ὁ μέγας αἰὲν ἐφ' Ἕκτορι χαλκοκορυστῇ ἵετ' ἀκοντίσσαι.* *Λ*, 450. *ὦ Σῶχ', Ἱππάσου υἱὲ δαΐφρονος ἱπποδάμοιο.* *E*, 381. *Διώνη δῖα θεάων.*

Quid de his tot locis, qui facile augeri possunt, iudicabimus? Num in iis tale quidquam statuemus,

quale in Germanorum Latinorumque poetarum alliterationibus? Minime. Eo enim Graeca poesis, ut supra dixi, valde a Latinorum et Germanorum poesi differt, quod Graeci poetae sonum solum, ita ut nihil aliud efficeretur, numquam affectaverunt. Quid tum fiet, si illam repetitionis causam reiicimus? An Homerus ea auditores ad nominnm significationes attentos reddere voluit? Id cum cautione de parte locorum concedi potest. In Germanicis enim carminibus epicis, etsi nulla certa etymologiarum exempla nobis suppeditant, tales paretymologias agnoscere nonnullis locis fere cogimur. Quid ergo nos impedit, quominus apud Homerum, quem non pauca exempla doceant ad nominum vim respexisse, et cuius sermo, ut antea in vocum repetitionibus videre potuimus, multum rhetorici contineat, cum Germanorum carmina popularia multo rudiora siut, — paretymologias statuamus? Loci autem quibus nitimur, hi sunt:

τ, 406. *γαμβρὸς ἐμὸς θυγάτηρ τε, τίθεσθ' ὄνομ' ὅττι κεν εἴπω· πολλοῖσιν γὰρ ἔγωγε ὀδυσσάμενος [τόδ' ἱκάνω, ἀνδράσιν ἠδὲ γυναιξὶν ἀνὰ χθόνα πουλυβότειραν· τῷ δ' Ὀδυσεὺς ὄνομ' ἔστω ἐπώνυμον.* Posteri homines id vituperasse videntur. Ulixem ab avi vitae conditione nomen traxisse. Soph. Frg. 877. (Nauck) *παρετυμολογεῖ δὲ* (Soph.) *καθ' Ὅμηρον καὶ τοὔνομα τοῦ Ὀδυσσέως· ὀρθῶς δ Ὀδυσσεύς εἰμ' ἐπώνυμος κακοῖς· πολλοὶ γὰρ ὠδύσαντο δυςμενεῖς ἐμοί·* σ, 5. *Ἀρναῖος δ' ὄνομ' ἔσκε· τὸ γὰρ θέτο πότνια μήτηρ ἐκ γενετῆς. Ἶρον δὲ νέοι κίκλησκον ἅπαντες, οὕνεκ' ἀπαγγέλλεσκε κιών, ὅτε πού τις ἀνώγοι.* Si ad Irin, deorum nuntiam, poeta respicit, hoc loco demonstratur, eam poetae, qui Odysseam composuit, notam fuisse. Ad verbum *εἴρω*, quod nonnulli et veteres et recentiores voluerunt, poetam sepctasse non verisimile mihi videtur, cum poeta verbum, ad quod spectavit, omitteret iudicans id statim in audientium mentes ven-

turum esse, quod de verbo *εἴρω* vix credere licuit. Id tamen obiici potest, cur Arnaeus, cum vir sit, a deorum nuntia, non a Mercurio cognomen traxerit. *η*, 54. *Ἀρήτη δ' ὄνομ' ἐστὶν ἐπώνυμον.* *Δ*, 474. *Σιμοείσιον· ὅν ποτε μήτηρ, Ἴδηθεν κατιοῦσα, παρ' ὄχθῃσιν Σιμόεντος γείνατ', ἐπεί ῥα τοκεῦσιν ἅμ' ἕσπετο, μῆλα ἰδέσθαι· τοὔνεκά μιν κάλεον Σιμοείσιον.* *Z*, 402. *τόν ῥ' Ἕκτωρ καλέεσκε Σκαμάνδριον, αὐτὰρ οἱ ἄλλοι Ἀστυάνακτ'. οἶος γὰρ ἐρύετο Ἴλιον Ἕκτωρ.* De quo loco apud posteros praecipue apud philosophos multum disputatum esse e loco Platonis Cratyli ed. Fischer p. 16, 17 — 18,19. intelligi potest. Offenderunt enim philosophi eo, quod filio nomen inditum sit, quod patri dari oportuit. Iocose autem puto Platonem ita rem explicare, ut Socratem loquentem faciat, omnia animalia, nisi prodigium fiat, animalia eiusdem generis procreare. Itaque cum Hector *ἀστύαναξ* fuisset, recte filium quoque eius a Troianis *ἀστυάνακτα* apellatum esse. Tzetzes quoque putasse videtur, hic Homerum inepte peccasse fidemque historicam confudisse. Itaque Hectorem ipsum Astyanactem nominat. Homeric. v. 297.

Eandem etymologiam iterum legimus *X*, 504. *I*, 562. *τὴν δὲ τότ' ἐν μεγάροισι πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ Ἀλκυόνην καλέεσκον ἐπώνυμον οὕνεκ' ἄρ' αὐτῆς μήτηρ, ἀλκυόνος πολυπενθέος οἶτον ἔχουσα, κλαῖ' ὅτε μιν ἑκάεργος ἀνήρπασε Φοῖβος Ἀπόλλων.*

Docent nos exempla allata minime abhorrere a simplicitate Homerica ad nomina respicere atque causas eorum explicare, neque potest recte nobis confidentius nonnullis locis paretymologias vindicantibus obiici, id esse male poetam interpretari eique consilia affingere, quae longe ab eo absint. Neque Lehrsius p. 458 tam acerbe de iis iocatus esset, qui locis *ω*, 465 et *B*, 756 tale quid viderunt, nisi tota res ab iis qui nimis inepte in

adversam partem peccaverunt, diffamata esset. Quod tamen locum *B*, 756 attinet Lehrsius ipse p. 458 concedit, factum esse posse, ut Homerus a verbo *θοός* ad nomen *Πρόθοος* respiceret, — sed pro certo affirmare non vult. Certum quidem non est, at exemplis allatis nisus puto multo verisimilius erse Homerum respexisse, quam eum id non fecisse.

Si autem ex acervo locorum supra allatorum eos eligere volumus, in quibus probabile est, Homerum paretymologiis usum esse, in unoquoque loco diiudicandum est, num occasio tali paretymologiae faveat.

Iam liceat mihi eos locos afferre, quibus puto paretymologias agnoscendas esse. J. Bekkerus quoque hunc locum in collectione sua vocum repetitionum Homericarum affert: *B*, 756. *τῶν μὲν Πρόθοος θοὸς ἡγεμόνευεν* Apud Nonnum legimus 26, 156 *Ἁβρόθοος βραδὺς ἦλθε.* quod mihi ad similitudinem loci Homerici fictum videtur. Lobeck. Aglaoph. II, p. 870. „. . . si quis contra moratus est, quam vocatur, digitum intendere tamquam ad rem notabilem in more habemus.“ Cuius moris exempla nonnulla iacent apud Aeschylum Prom. 85. Sept. 536. 671. Plato Cratyl. ed. Fischer. p. 3. Kaibel. Epigr. Gr. ex lapidibus collecta. No. 42.

οὔνομα δ' Εὐτυχίδης· ψευδώνυμον ἀλλά με δαίμων
θῆκεν ἀφαρπάξας ὠκύτατ' εἰς Ἀΐδα.

Item locum *ω*, 465 admittam *ἀλλ' Εὐπείθει πείθοντ'* Probabilior etiam hic coniectura est in nomine, quod ipse sibi poeta ad locum finxisse videtur. „Iis persuasum est ab eo qui bene persuadere potuit.“ Iam habes sensus acumen. —

ι, 460 *λωφήσειε κακῶν, τά μοι οὐτιδανὸς πόρεν Οὖτις.* Hoc loco rhetorica oppositio ficti nominis *Οὖτις* et verbi *οὐτιδανός* certissima est.

Δ, 354 ὄψεαι, ἢν ἐθέλῃσθα, καὶ αἴ κέν τοι τὰ μεμήλῃ, Τηλεμάχοιο φίλον πατέρα προμάχοισι μιγέντα (Ulixes Agamemnoni, qui eum vituperaverat, haec verba acclamat). Diu erat, ut putarem idcirco Ulixem nomen suum verbis Τηλεμάχοιο φίλον πατέρα mutasse, ut illa antithesis Τηλεμάχοιο — προμάχοισι efficeretur. Tum autem quod apud Eustathium legi aliquanto magis mihi arrisit. Τὸ δὲ Τηλεμάχοιο φίλον πατέρα ὀνειδισμόν τινα ἔχει, ὡς τοῦ Ὀδυσσέως πατρὸς μὲν ὄντος, δία δὲ τὸν βασιλέα παρ' οὐδὲν θεμένου τὰ φίλτατα καὶ νῦν ὑβριζομένου ἐφ' οἷς ἔδει αὐτὸν ἀμοιβὴν σχεῖν μεγάλην. Conferas cum hoc loco *B*, 260 ubi verba Τηλεμάχοιο πατὴρ in eundem sensum accipienda sunt. (De hoc significandi modo recensum habere non plane inutile sit. In nostro e. g. carmine Gûdrûn inanis modo nominis circumscriptio est, quae saepius legitur: str. 1651. dô sprach Hilden tohter. 1653. 1632. — 1631. dô sun der Ludewîges durch den palas gie. 959.)

Nomen Ulixis puto Homerum verbis Τηλεμάχοιο φίλον πατέρα circumscripsisse ea de causa, quam Eustathius affert, sed quod sequentem cogitationem verbis προμάχοισι μιγέντα expressit, cum aliis verbis uti posset, id eum fecisse arbitror, ut antithesin Τηλεμάχοιο — προμάχοισι efficeret.

Similis sed multo lenior antithesis est *Θ*, 312. ἀλλ' Ἀρχεπτόλεμον θρασὺν Ἕκτορος ἡνιοχῆα, ἱέμενον πόλεμόνδε βάλε στῆθος παρὰ μαζόν. Hic et verbum πόλεμόνδε prae maiore intervallo non facile ad Ἀρχεπτόλεμον refertur et occasio non ita antithesi rhetoricae favet.

H, 219. σάκος, ἠΰτε πύργον, χάλκεον, ἑπταβόειον, ὅ οἱ Τύχιος κάμε τεύχων. Haud nescio verba: κάμε τεύχων ad formulam quandam apud Homerum coniuncta esse, quam praeterea *B*, 101 legimus. Sed quamquam poeta sua sonsuetudine quasi coactus erat versum quoque *H*, 219 his verbis finire, tamen fieri potuit, ut a verbo

τεύχων ad nomen *Τύχιος* respiceret. cfr. p. 42. Si autem hic Homerus verbo *τεύχων* ad nomen *Τύχιος* ostendat, idem faciat ac *η*, 54, brevius modo. Dicat enim: Bonus hic faber erat, ut cognomen eius indicat.

μ, 85. *ἔνθα δ'ἔνι Σκύλλη ναίει δεινὸν λελακυῖα τῆς ἤτοι φωνὴ μὲν ὅση σκύλακος νεογιλῆς.* Versus ab Aristarcho pro spurio habitus est.

Haec omnia paretymologiae apud Homerum exempla puto esse. Si quis vult, praeterea unum alterumve ex acervo p. 35 collato eligat. Equidem puto in locis a me omissis valde incertam rem esse. Itaque Lerschio assentiri non possum, qui p. 5 disputationis suae supra memoratae dicit: Il. XIX, 91 *Πρέσβα Διὸς θυγάτηρ Ἄτη, ἣ πάντας ἀᾶται* allusionem certissimam esse. Bekkerus quoque, ut omnino in suam vocum repetitionum collectionem nimis multa falso recepit, sic hac quoque in re nimis longe progressus esse mihi videtur. Hic enim vir doctissimus locum quoque *Z*, 201 recepit *ἤτοι ὁ κὰπ πεδίον τὸ Ἀλήϊον οἶος ἀλᾶτο, ὃν θυμὸν κατέδων, πάτον ἀνθρώπων ἀλεείνων.* Quem locum tota antiquitas celeberrimum „*παρηχήσεως*“ exemplum putavit. Venet. A. (Ariston. Friedl.) *ὅτι παρετυμολογεῖ τὸ Ἀλήϊον* cfr. Venet. *B.* Dionysius Priegeta eum imitatus est sic, ut „paretymologiam“ retineret: *v.* 872.

. . . . . πέσεν ἥρως Βελλεροφόντης·
κεῖθι δὲ καὶ πεδίον τὸ Ἀλήϊον, οὗ κατὰ νῶτα
ἀνθρώπων ἀπάνευθεν ἀλώμενος ἐνδιάασκε.

Equidem valde dubito num poeta a verbo *ἀλᾶτο* respiciat, quod huic loco nullum acumen subesset, si paretymologia agnosceretur, quod aliis locis omnibus inveniebatur.

Welckerum quoque minime sequi possum, qui in libro, qui inscribitur: der epische Cyclus II p. 514 adnotat

Homerum ad nomina Achillis et Pelei in Iliade, Ulixis et Scheriae insulae et ad alia nomina in Odyssea alludere. De Achille et Ulixe post videbimus, Peleum et Scheriam quod attinet, loci Welckero obversati videntur esse: *T*, 389 et *ν*, 160, ipse enim locos non citat. *τὸ μὲν οὐ δύνατ' ἄλλος Ἀχαιῶν πάλλειν, ἀλλά μιν οἶος ἐπίστατο πῆλαι Ἀχιλλεὺς, Πηλιάδα μελίην, τὴν πατρὶ φίλῳ πόρε Χείρων Πηλίου ἐκ κορυφῆς.* Etiam minus probabilis de nomine Scheria coniectura est ita ut credam per errorem Welckerum nomen „Scheria" attulisse. *βῆ ῥ' ἴμεν ἐς Σχερίην, ὅθι Φαίηκες γεγάασιν. ἔνθ' ἔμεν'. ἡ δὲ μάλα σχεδὸν ἤλυθε ποντοπόρος νηῦς ῥίμφα διωκομένη· τῆς δὲ σχεδὸν ἦλθ' ἐνοσίχθων.*

Quartam quoque, quam initio disputationis meae descripsi, etymologiarum formam apud Homerum reperimus. Sic *Z*, 478 Hectorem Iovem precantem, ut filium sui similem et praeclariorem etiam reddat, inter verba *ὧδε βίην τ' ἀγαθὸν καὶ Ἰλίου ἶφι ἀνάσσειν* nomen filii animo movere verisimillimum est. Item *X*, 499 *δακρυόεις δὲ τ' άνεισι πάϊς ἐς μητέρα χήρην, Ἀστύαναξ, ὃς πρὶν μὲν ἑοῦ ἐπὶ γούνασι πατρὸς μυελὸν οἶον ἔδεσκε καὶ οἰῶν πίονα δημόν.* Quod nomen *Ἀστύαναξ* in initio versus, in tam conspicuo loco positum est, credo poetam audientes ad vim nominis attentos reddere voluisse. Recte Venet *B*. *τὸ ἀπὸ τῆς εὐδαιμονίας αὐτῷ συμβὰν ὄνομα λέγουσα πλέον οἰκτίζεται καὶ συμπάθειαν κινεῖ.* Ob eandem causam et paullo post *v*. 506 sic ponitur, ad quem versum Lehrsius quoque (Zur homerisch. Interpolat. p. 436) adnotat „*Ἀστύαναζ*" dictum esse *εἰρωνικῶς*.

Incertum est, num Homerus *B* 702 de Protesilao *v*. 698 commemorato dicens: *νηὸς ἀποθρώσκοντα πολὺ πρώτιστον Ἀχαιῶν* ad nomen Protesilai respiciat. Tzetzes in „Antehomericis" bis *v*. 222 et. *v*. 247. ad hoc nomen

alludit. Πρῶτος Πρωτεσίλαος ἀρήϊος ἔκθορε πλοίον. — Id tamen apud Homerum quoque coniecturae favet, quod hanc totam de Protesilao fictam fabulam e nomine Protesilao ortum cepisse credendum est.

Opinionem Homerum α, 62. ε, 423. τ, 275. ε, 340 ad Ulixis nomen respicere, quod Welckerus voluit, ego non probem, Lehrsius reiicit. Quam opinionem in versu α, 62 Homerum a verbo ὠδύσαο ad nomen Ulixis spectare ut refellat, Lehrsius id quoque affert poetam his verbis ὠδύσαο Ζεῦ usum esse, quod forte ei verba ὠδύσατο Ζεὺς Σ, 292 obversarentur. p. 455. De qua Lehrsi eleganti coniectura idem sentio ac de obiectione, quae ad versum Η, 219 fieri potest. Cfr. nos p. 40. Ad Achillis quoque nomen Welckerus in Iliade Homerum alludere iudicat. Cui docto viro, cum locos non citet, puto hos locos obversatos esse. Α, 188. Π, 52. Σ, 22. 62. 443. 446. 461. Τ, 307. 312. 366. Υ, 282. Ψ, 46. 136. Ω, 128. Ι, 249. Quos locos, cum omnes eodem iure in etymologiis numerari possint et vix credendum sit, Homerum tam saepe ad nomen Achillis allusisse, omnes hinc excludam. — Tamen puto semel forte, sed in Odyssea, non in Iliade, Homerum ad Achilles nomen paretymologiae causa verbum ἀκαχίζομαι adiecisse. λ, 486. Ulixes enim apud inferos cum Achille colloquens responsionem ad lamentationes eius datam sic finit: τῷ μήτι θανὼν ἀκαχίζευ Ἀχιλλεῦ. quae verba in versus fine cum vi quadam componuntur.

De Aiacis quoque nomine observavi, id saepenumero cum αἴει coniunctum esse. Ο, 687. 730. 732. Π, 105. 107. 109. 358. Ρ, 752. Quintus Smyrnaeus, perpetuus Homeri imitator, idem facit γ, 246. 273. 293. Sed nihil momenti huic observationi tribuo et omnes istas repetitiones soli casui do.

Restat ut de loco notissimo *τ*, 565 fusius disseram.

δοιαὶ γάρ τε πύλαι ἀμενηνῶν εἰσὶν ὀνείρων·
αἱ μὲν γὰρ κεράεσσι τετεύχαται, αἱ δ' ἐλέφαντι·
τῶν οἳ μέν κ' ἔλθωσι διὰ πριστοῦ ἐλέφαντος,
οἵ ῥ' ἐλεφαίρονται, ἔπε' ἀκράαντα φέροντες·
οἱ δὲ διὰ ξεστῶν κεράων ἔλθωσι θύραζε,
οἵ ῥ' ἔτυμα κραίνουσι, βροτῶν ὅτε κέν τις ἴδηται.

De quo loco Lersch. III. p. 7. (cfr. III p. 110/111) haec dicit: das schönste und überraschendste Beispiel einer mythologischen Etymologie bleiben aber die Horn- und Elfenbeinthore der Träume. Die Worte des Dichters deuten offenbar darauf hin. In der lat. Uebersetzung des Virgil musste sich freilich der zarte Hauch dieser Anspielung ganz und gar verwischen, und daher kam es, dass man erst in der neuesten Zeit den Sinn eines vielleicht über Homer hinausgehenden Bildes errieth. Quid haec postrema Lerschi verba sibi velint, nescio, cum, ut vim imaginis perspicias, minime intersit, te animadvertere verba *ἐλεφαίρομαι* et *κραίνω* ad *ἔλεφας* et *κέρας* referenda esse. — Audiamus quoque Dammium, qui in lexico Homerico ita de hoc loco iudicat. „Videtur illa *πύλη πριστοῦ ἐλέφαντος·* ab hoc verbo per allusionem ad litterarum similitudinem scite facta. Porro attigit hunc locum Hess: Jahresbericht des Gymnas. zu Bunzlau. 1866: Ueber die komischen Elemente im Homer. p. 46. „Er spielt auch sonst mit etymologischen Beziehungen, aus denen er sich sogar den Stoff zu Mythen entnimmt." Videntur mihi hi tres viri docti ita rem explicare: Homerum, cum somnia in talia, quae *ἐλεφαίρονται* et in talia quae *κραίνουσι* divisisset, portas e quibus somnia exeuntia fecit, talibus materiis exstruxisse, ut nomen alterius materiae sono esset simile verbo *ἐλεφαίρεσθαι*, alterius verbo *κραίνειν*. Itaque non aureas, argenteas, aheneas, ligneas, lapideas etc. portas eum finxisse, sed

elephantinas et corneas. Ut concedo haec verba *ἐλεφαίρονται* et *κραίνουσι* ad verba *ἔλεφας* et *κέρας* referenda esse, ita nego hoc ordine, quo illi viri docti rem processisse putare videntur, illam responsionem effectam esse. Arbitror enim in materiis eligendis Homerum minime id studuisse, ut materiarum nomina quandam cum verbis *κραίνειν* et *ἐλεφαίρεσθαι* similitudinem prae se ferrent. Immo vero has puto causas fuisse, cur Homerus *ἔλεφας* et *κέρας* eligeret: Eo quod Penelope dicit suum somnium vanum esse, quod somnium pulchrum est, colligi potest, sic eum somnia divisisse, ut ea, quae pulchra simul vana essent, quae vilia tristiave simul vera. Portam igitur e qua somnia fallacia sed pulchra specie procedunt, materia pretiosa extruxit, alteram vili, ut materia portae qualitati somniorum responderet. Quod si Homerus studuit, illarum paucarum materiarum, quae ei notae erant, componere potuit: aurum, argentum, electrum, elephas cum aere, ligno, lapide, cornu. Porro id Homerus in eligendo secutus videtur esse, ut materiae in cetera diversitate aliqua affinitate coniungerentur, ut somnia quoque fallacia et vera, hilaria et tristia eo, quod utraque species eiusdem generis est, cognata sunt. Sic ex iis compositionibus, quas attuli, excludendae erant hae: aurum, argentum, electrum, elephas cum ligno aut lapide et hae duae modo relinquebantur: aurum, argentum, electrum cum aere aut elephas cum cornu, quarum priore non usus est, quod tam graves materiae ad portas *ἀμενηνῶν ὀνείρων* exstruendas minus aptae videbantur. Sic puto factum esse, ut sive poeta sive quis alius *ἔλεφας* et *κέρας* eligeret. — Tum autem, cum versibus mandata est haec imago, Homerus, ut vividam orationem redderet, per antithesin dixit: *τῶν οἳ μέν κ' ἔλθωσι διὰ πριστοῦ ἐλέφαντος, οἵ ῥ' ἐλεφαίρονται* non *ψεύδουσιν* aut *σφάλλουσιν* et *οἳ δὲ διὰ ξεστῶν κεράων ἔλθωσι θύραζε, οἵ ῥ' ἔτυμα κραίνουσι*

non *τελέουσιν*. Multo enim verisimilius videtur rem verba secuta esse, quam verba rem.

Haec etymologiarum exempla non in eum sensum excipienda sunt, ut opinemur, id Homerum studuisse, ut quasi grammaticus verba ad stirpes reduceret, sed potius id unum egit, ut narraret, quid homines, quos finxit, fecissent et quid iis accidisset. Quorum cum et nomina indere et accipere par sit, aeque et ea nobis narravit, si bene fieri potuit, interdum etymologia non utens ut *H*, 138 interdum eam advocans. Sic etymvlogia nominis Ulixis filo narrationis paene necessaria reddita est, quod Eurycleia nutrix ab Autolyco avo filiam visitante petit, ut filiae filio nomen indat.

Nihil omnino harum etymologiarum aeque ac paretymologiarum — si mihi permissum est, hac significatione uti — apud Homerum extrinsecus religatum pendet aut a filo narrationis abest, sed omnes ad rem referuntur et scite ea implicantur. *η*, 54 nobis paucissimis verbis mores Aretes satis describit. *σ*, 5 cognomine victus mendici depingitur. *Z*, 403 ostendit poeta quanto honore Troiani Hectorem affecerint et quanta modestia ipse Hector fuerit, cum ipse filio tam superbum nomen non inderet. Quo nomine quam efficaciter Andromache utatur iam dictum est. — Paretymologia, quae forma anthitheseos efferatur, nescio quid rhetorici in se habet. Itaque praecipue sermoni, qui ex aliquo graviore animi motu fluit, accommodata est. Sic in irascentis Polyphemi et indignantis Ulixis vivido sermone paretymologia nobis se offert. At non modo singularium quorundam animi motuum paretymologia propria est, sed etiam omnino sermonis poetici per se. Eo enim sermo poeticus a vulgari differt, quod elatior et incitatior est figurisque rhetoricis magis favet,

quibus haec per antithesin elata paretymologia quoad formam annumeranda est.

Id praeterea de Homeri etymologiis moneam nullum exemplum esse, quod doceat, Homerum credere fatum ita saepe nomina hominibus nascentibus tribuere, ut post cum eo, quod iis accidat, congruat. Ut enim omnino nulla superstitionis vestigia in Homero reperiuntur, ita hoc quoque superstitiosum omen e nomine capiendi studium ab eo alienum est, cui posteriores demum poetae, praecipue tragici, indulgent.

De etymologiis Hesiodeis.

Quamvis crassa caligine origo carminum, quae ad Hesiodum referuntur, operta sit, quamvis incertum pendeat nostrum iudicium de compositione, de forma genuina et prisca, de origine carminum, de consilio et persona poetae, — id tamen scimus, quod carmina ipsa nos docent, fere omnibus carminibus hoc esse commune, hoc ab Iliade et ab Odyssea valde differri, quod non solum delectare, sed etiam docere volunt. Fuit enim doctum consilium, generalem deorum historiam undique colligere et in unum conferre, aut heroidum recensum in „catalogo“ habere; sed quamquam totorum carminum consilia docta sunt, tamen in singulis partibus permulta insunt, quae oblectent et animos moveant. Hac ratione carminum Hesiodeorum, qua ab Homericis distant, perspecta non mirabimur et etymologias frequentiores nos offendere et tales plerumque, quae doctrinae modo curiositatique serviant neque Homericis similes sint. Quod autem Lerschius p. 9. de Hesiodo arbitratus est: dass wir uns nicht irren werden, wenn wir das Auflösen des Wortstammes als besonderes Eigenthum der hesiodischen Poesie in Anspruch nehmen, id mihi verum esse non videtur.

Theog. v. 139.

γείνατο δ' αὖ Κύκλωπας ὑπέρβιον ἦτορ ἔχοντας
Κύκλωπες δ' ὄνομ' ἦσαν ἐπώνυμον, οὕνεκ' ἄρα σφέων
Κυκλοτερὴς ὀφθαλμὸς ἕεις ἐνέκειτο μετώπῳ.

v. 195 . . . . . *τὴν δ' Ἀφροδίτην*
κικλήσκουσι θεοί τε καὶ ἀνέρες, οὕνεκ' ἐν ἀφρῷ
θρέφθη, ἀτὰρ Κυθέρειαν, ὅτι προσέκυρσε Κυθήροις
Κυπρογένειαν δ', ὅτι γέντο πολυκλύστῳ ἐνὶ Κύπρῳ
ἠδὲ Φιλομηδέα, ὅτι μηδέων ἐξεφαάνθη.

Köchly et Schömann uno animo duos posteriores versus pro spuriis habent. Welckero autem placet poetam de Venere iocantem ad suum usum *φιλομμειδής* in *φιλομηδής* mutasse, tum forte verbo *φιλομηδής* ductum totum de Veneris e membro genitali Urani origine narratiunculum sibi finxisse. Quod hoc ordine mihi inoredibile videtur; si autem filum vertens ratiocineris forsan rectius res se habeat: Primum fuisse fabulam de Veneris origine aut a poeta ipso *εἰρωνικῶς* aut ab aliis sive in eandem sensum sive alia graviore de causa fictam, tum poetam iocantem ad illam fabulam *φιλομειδής* in *φιλομηδής* mutasse. Sed neque hoc neque illud a me probatur, praecipue quod color totius de Veneris natu narrationis nihil iocosi in se fert.

v. 207.

τοὺς δὲ πατὴρ Τιτῆνας ἐπίκλησιν καλέεσκεν,
παῖδας νεικείων μέγας Οὐρανος, οὓς τέκεν αὐτός.
φάσκε δὲ τιταίνοντας ἀτασθαλίῃ μέγα ῥέξαι
ἔργον, τοῖο δ' ἔπειτα τίσιν μετόπισθεν ἔσεσθαι

Köchly et Schoemann non offendunt, Welcker contra illos versus aegre fert, quod ductum orationis interrumpant perturbentque neque ullo modo in contextum ut genealogicum quadrent. Quae causae mihi nimis leves videntur.

v. 280.

τῆς δ' ὅτε δὴ Περσεὺς κεφαλὴν ἀπεδειροτόμησεν,
ἐξέθορε Χρυσάωρ τε μέγας καὶ Πήγασος ἵππος·
τῷ μὲν ἐπώνυμον ἦν, ὅτ' ἄρ' Ὠκεανοῦ περὶ πηγὰς
γένθ', ὃ δ' ἄορ χρύσειον ἔχων μετὰ χερσὶ φίλῃσι.

Illae sunt certae etymologiae, verisimiles afferre vix operae pretium est, tamen non omittam.

v. 252.

Κυμοδόκη θ', ἣ κύματ' ἐν ἠεροειδέϊ πόντῳ
πνοιάς τε ζαθέων ἀνέμων σὺν Κυματολήγῃ
ῥεῖα πρηΰνει καὶ ἐυσφύρῳ Ἀμφιτρίτῃ.

v. 270.

Φόρκυϊ δ' αὖ Κητὼ Γραίας τέκε καλλιπαρήους,
ἐκ γενετῆς πολιάς, τὰς δὴ Γραίας καλέουσιν.

Ambobus locis Lersch etymologias agnoscit.

„Opera et dies" v. 80. *ὀνόμηνε θὲ τήνδε γυναῖκα Πανδώρην, ὅτι πάντες Ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες δῶρον ἐδώρησαν, πῆμ' ἀνδράσιν ἀλφηστῇσιν. κατάλ. γυν. Ἠοῖαι.* Düntzer. p. 32. frg. 14.

Ἄραβας, οἵ οὕτως ὀνομάζονται ἀπὸ Ἀράβου τινός, ὡς Η. etc.
Kinkel. frg. 137.

Ἰλέα, τόν ῥ' ἐφίλησεν ἄναξ Διὸς υἱὸς Ἀπόλλων
καί μιν τοῦτ' ὀνόμην' ὄνομ' ἔμμεναι, οὕνεκα νύμφην
εὑράμενος ἵλεων μίγη ἐρατῇ φιλότητι.

Kinkel. frg. 165.

Ἐκεῖ γὰρ εὑρίσκεται ἐπιξενούμενος ὁ Ἡρακλῆς τῷ Τελαμῶνι καὶ ἐπιβαίνων τῇ δορᾷ καὶ εὐχόμενος καὶ οὗτος ὁ διόπομπος αἰετὸς, ἀφ' οὗ τὴν προωνομίαν ἔλαβε Αἴας.

Kinkel. frg. 169.

Η. ἐν τῷ Κήϋκος γάμῳ ἐκβάντα φησὶν αὐτὸν (Ἡρακλέα) ἐφ' ὕδατος ζήτησιν τῆς Μαγνησίας παρὰ τὰς ἀπὸ τῆς ἀφέσεως αὐτοῦ Ἀφέτας καλουμένας ἀπολειφθῆναι.

Kinkel. frg. 69. Steph. *v.* *Παλλάντιον.* A Pallante, Lycaonis filio, Pallantium, Arcadiae urbem, nomen traxisse.

Kinkel. frg. 8. *Ἡ. δὲ διὰ τὸ τριχῇ αὐτοὺς οἰκῆσαι·*

. . . Πάντες δὲ τριχάϊκες καλέονται,
οὕνεκα τρισσὴν γαῖαν ἑκὰς πάτρης ἐδάσαντο·

τρία γὰρ ἑλληνικὰ ἔθνη τῇ Κρήτῃ κατῴκησαν Πελασγοί, Ἀχαιοί, Δωριεῖς.

Kinkel. frg. 78 cfr. 80. 79.

Verisimile est illam notam nominis *Στροφάδων* insularum etymologiam in Hesiodi catalogo fuisse. *Ὅτι δὲ ηὔξαντο οἱ περὶ Ζήτην τῷ Διὶ στραφέντες λέγει καὶ Ἡ.*

Kinkel. frg. 247. Cramer. Anecd. I. p. 46.

Ἡ. δὲ τὸ Πρόκριν παρὰ τὸ κρίσις, πρόκρισις, προκρίσιν καὶ ἐν συγκοπῇ Πρόκριν.

Audiamus quid Lehrsius Arist. p. 144 dicat: „Quod *ἀπτόητος* (*ἀάπτους χεῖρας=δεινὰς καὶ ἀπτοήτους*) explicavit Aristarchus, id simul eo effectum, quod cum tota antiquitate hoc modo vocabula decurtari posse putavit. Sic qui sint *πρόμοι* apud Homerum, id locis poetae accurate perpensis et compositis perspexit, sed erravit, quod ex *πρόμαχοι* decurtatum putavit." Quam Alexandrinorum rationem ille apud Cramerum grammaticus Hesiodo attribuit non satis discrimina temporum perpendens: Id enim sine ulla haesitatione credere possumus Hesiodum similitudinem modo verborum secutum esse. Quod cum tota antiquitas in permagno verborum numero per longum temqus fecisset atque in hac re animadvertisset persaepe duo verba, quae similitudine ducti contulerant, una modo syllaba in hoc aut in illo verbo omissa plane eadem procedere, sensim constans lex et ratio corroborabat, tali modo verba explicari posse, quam legem, ut specie modo similitudinis illecti eam assecuti sunt, ita nimis late patere opinabantur.

Kinkel frg. 195.

Serv. ad Verg. Georg. III, 280: Scit lectum esse apud Hesiodum (al. Theocritum) herbam esse quandam, quae hippomanes vocatur, quasi *ἵππου μανία.* Si enim eam comederint equi, furorem patiuntur.

Αἰγίμιος. Kinkel. frg. 25.

ὡς Ἡ. ἐν Αἰγιμίου δευτέρῳ περὶ Ἰοῦς·

. . . . . Νήσῳ ἐν Ἀβαντίδι δίῃ,
τὴν πρὶν Ἀβαντίδα κίκλησκον θεοὶ αἰὲν ἐόντες,
τὴν τότ' ἐπώνυμον Εὔβοιαν βοὸς ὠνόμασε Ζεύς.

Paretymologiarum exempla Hesiodi fragmenta haec forte nobis praebent:

Κατάλογ. Kinkel. frg. 25.

Αἰολίδαι δ' ἐγένοντο θεμιστοπόλοι βασιλῆες
Κρηθεὺς ἠδ' Ἀθάμας καὶ Σίσυφος αἰολομήτης.

Kinkel. frg. 231. (incert. sedis)

Steph. Byz. v. *Παρθένιος· ποταμὸς ἐν μέσῳ τῆς Ἀμαστριανῶν πόλεως ῥέων· ἐκλήθη δ' ἐκ τυῦ συνεχῶς περὶ αὐτὸν τὴν παρθένον Ἄρτεμιν κυνηγετεῖν, ἢ διὰ τὸ ἠρεμαῖον καὶ παρθενῶδες τοῦ ῥεύματος·*

„ὅς ἀκαλὰ προρέων ὡς ἁβρὴ παρθένος εἶσιν.“

qui versus Hesiodi est.

Kinkel. frg. 136.

Ἤτοι γὰρ Λοκρὸς Λελέγων ἡγήσατο λαῶν,
τούς ῥα ποτὲ Κρονίδης Ζεὺς ἄφθιτα μήδεα εἰδὼς
λεκτοὺς ἐκ γαίης ἀλέας πόρε Δευκαλίωνι.

Crameri Grammaticus (Anecd. I, p. 264.) putavit, Hesiodum *λαός* ad *ἀλέας* referre velle. Quod non credo, sed aliam paretymologiam locus mihi continere videtur: *Λελέγων* et *λεκτοίς.* Id mim puto Hesiodum dicere voluisse *Λελέγας* a *λέγω* (colligere) nomen traxisse.

Hae sunt, quas e fragmentis carminum Hesiodeorum colligere potuimus, etymologiae, satis quidem multae, at

quae, si carmina integra exstarent, etiam magna vi augerentur. Quamquam id bene memento, veteres grammaticos, qui nobis unum alterumve locum conservaverunt, non facile sermones insertos, descriptiones, poeticas exornationes excerpsisse, sed potius illas etymologias, si quas invenerant, nomina, argumenta fabularum a poetis enarratarum, ut brevius dicam, id quod ad doctrinam pertinuit. Sed ut relinquamus fragmenta et de tribus integris modo carminibus Hesiodeis agamus, dum in 27793 versibus Homericis septem iustas etymologias offendimus, in 2322 Hesiodeis aequum numerum habemus. Iam supra dixi, naturam etymologiarum Hesiodearum, si eas cum Homericis confers, plane aliam esse. Quod vel ex illis numeris recte colligi potest, nempe avide arreptam esse occasionem ab Hesiodo curiositati etymologiis serviendi. Praecipue autem illud *τριχάϊκες* specimen in dies magis auctae sciendi sitis existimandum est. Paretymologias, quarum apud Homerum usus rhetoricus est, Hesiodus sic usurpat, ut quam brevissime doceat. In uno modo loco (*καταλ.* frg. 19) hunc poeticum paretymologiae usum agnoscere possumus. Sisyphus *Αἰολίδης* genere erat et *αἰολομήτης* natura eius erat.

Id autem observandum et bene tenendum est, quod ingenii gentis Graecae proprium videtur, iuxta studia philosophica et historica, quorum primordia in Hesiodeis carminibus offendimus, grammatica studia, ut erant Graeci homines in verba proni, in primis literarum originibus se nobis offerre.

Hoc loco ponam etymologiam, quam „Phoronis" nobis offert. Kinkel. frg. 5.

Etym. M. p. 374, 18: *Ἐριούνιος . . . . ἔστι δὲ ἐπίθετον Ἑρμοῦ . . . . ἢ ἀπὸ τῆς ἐρευνήσεως· καὶ γὰρ ὁ τὴν Φορωνίδα γράψας φησίν· Ἑρμείαν δὲ πατὴρ*

Ἐριούνιον ὠνόμασ' αὐτόν· πάντας γὰρ μάκαράς τε θεοὺς θνητούς τ' ἀνθρώπους κέρδεσι κλεπτοσύνῃσί τ' ἐκαίνυτο τεχνηέσσαις.

De etymologiis, quas hymni Homerici et carmina cyclica exhibent.

I.

εἰς Ἀπολλ. Πυθ. v. 193.

τὴν δ' αὐτοῦ κατέπυσ' ἱερὸν μένος Ἠελίοιο,
ἐξ οὗ νῦν Πυθὼ κικλήσκεται· οἱ δὲ ἄνακτα
Πύθιον καλέουσιν ἐπώνυμον, οὕνεκα κεῖθι
δεινὸν πῦσε πέλωρ μένος ὀξέος Ἠελίοιο.

v. 209. . . . . . *ἔνθα δ' ἄνακτι*
πάντες ἐπίκλησιν Τελφουσίῳ εὐχετόωνται,
οὕνεκα Τελφούσης ἱερῆς ἤσχυνε ῥέεθρον.

v. 315. *ὡς μὲν ἐγὼ τὸ πρῶτον ἐν ἠεροειδέϊ πόντῳ*
εἰδόμενος δελφῖνι θοᾶς ἐπὶ νηὸς ὄρουσα,
ὣς ἐμοὶ εὔχεσθαι Δελφινίῳ.

Versus 20—21 hymni *εἰς Απ. Δηλ.* Schneidewin („Die homerischen Hymnen auf Apollo“ Göttinger Studien 1847. pars altera p. 503) reliquias putat hymni alicuius *εἰς Απ. Νόμιον*, in quibus poeta dicat, unde Apollo hoc cognomen traxerit. Qui versus a Schneidewino emendati ita procedunt:

πάντη γάρ τοι Φοῖβε, νομὸς μεμέληται ἀοιδῆς
ἠμὲν ἀν' ἤπειρον πορτιτρόφον ἠδ' ἀνὰ νήσους.

Quod ita Sch. enarrat. (Apollon, Nomios heissest du) liegt dir doch überall, wo Rinderheerden weiden, der Weideplatz den Liedern am Herzen, d. h. erschallen doch auf allen Weideplätzen Lieder zu deiner Ehre.

Hymn. ad Vener. 198.

τῷ δὲ καὶ Αἰνείας ὄνομ' ἔσσεται, οὕνεκά μ' αἰνὸν
ἔσχεν ἄχος, ἕνεκα βροτοῦ ἀνέρος ἔμπεσον εὐνῇ.

In versu quinto hymni sexti — is quoque Venerem celebrat — notam illam nominis *Ἀφροδίτη* etymologiam videt Franke ad versus 194—96 hymn. Ap. Pyth. — Hymnum *εἰς Πᾶνα*, qui etymologiam nominis dei continet, Bernhardy (griech. Literaturgeschich. vol. II. p. 189) in recentiora tempora deiicit, in quibus tamen ponendus sit, dici non potest. v. 47.

Πᾶνα δέ μιν καλέεσκον, ὅτι φρένα πᾶσιν ἔτερψε.

II.

Κύπρια Kinkel. frg. 11.

Τὰ δὲ Κύπρια ἔπη φησὶν ὑπὸ Λυκομήδους μὲν Πύῤῥον, Νεοπτόλεμον δὲ ὄνομα ὑπὸ Φοίνικος αὐτῷ τεθῆναι, ὅτι Ἀχιλλεὺς ἡλικίᾳ ἔτι νέος πολεμεῖν ἤρξατο.

Kinkel. frg. 6.

τήν ποτε καλλίκομος Νέμεσις φιλότητι μιγεῖσα
Ζηνὶ θεῶν βασιλῆι τέκεν κρατερῆς ὑπ' ἀνάγκης·
φεῦγε γάρ, οὐδ' ἔθελεν μιχθήμεναι ἐν φιλότητι
πατρὶ Διὶ Κρονίωνι· ἐτείρετο γὰρ φρένας αἰδοῖ.

Hic poetam verbo *νεμέσει* ad nomen *Νέμεσις* ostendere Welcker quoque putat (Ep. Cycl. II, p. 514). Quem Cypriorum locum, quamquam proprie huc non quadrat, tamen apposui, ut hoc quoque exemplo ostenderem, quam vulgaris tota antiquitate mos ad nominum vim respiciendi esset.

Etymologiae poesis mysticae antiquissimae quae exstant.

Musaeus. Kinkel. frg. 12. Hygin. Astron. II, 21. (Locum Hygini valde corruptum e Buntii recensionem adscribo):

Pleiades appellatae sunt, ut ait Musaeus, quod ex Atlante et Aethra, Oceani filia, sint filia XV procreatae, quarum quinque Hyades appellatas demonstrat, quod earum Hyas fuerit frater a sororibus plurimum dilectus, qui quum venans a leone esset interfectus, quinque lamen-

tationibus assiduis permotae dicuntur interisse. Reliquas autem decem sorores deliberasse de sororum morte et earum septem sibi mortem consciisse, quare quod plures idem senserunt, Pleiades dictas:

Kinkel. frg. 17.

Lactant. Instit. Div. I, 21 Huius capellae (sc. Amaltheae) corio usum esse pro scuto Iovem contra Titanas dimicantem Musaeus auctor est, unde a poetis *αἰγίοχος* nominatur. Cf. Schol. ad Arat. 156.

Forte haec etymologia apud Musaeum legebatur. Addam etymologias poetarum epicorum, qui temporibus Alexandrinorum priores fuerunt:

Pisander Camiriensis.

In carmine *Ἡρωϊκῶν θεογαμιῶν*, quod falso quidem Pisandro attributum, at forte non multo post conscriptum est, hae etymologiae infuisse videntur:

Düntz. p. 91. Steph. Byz. v. *Οἰνωτρία.*

Π. τρισκαιδεκάτῳ ἀπὸ τοῦ οἴνου χρήεως κεκλῆσθαι αὐτήν φησι.

Steph. Byz. v. *Ἀγάθυρσοι.*

Κέκληται δὲ ἢ ἀπ' Ἀγαθύρσου τοῦ Ἡρακλέους ἢ ὡς Π. ἀπὸ τῶν θυρσῶν τοῦ Διονύσου.

Antimachus.

Kinkel. frg. 3. *Θηβαΐς.* Steph. v. *Τευμησσός. Ἐκλήθη δ' οὕτως, ὡς Α. ἐν πρώτῳ Θηβαΐδος.*

οὕνεκα οἱ (Εὐρώπῃ) Κρονίδης ὃς δὴ πάντων μέγ' ἀνάσσει,
ἄντρον ἐνὶ στίῃ τευμήσατο, τόφρα κεν εἴη κ. τ. λ.

Kinkel. frg. 43. (Thebais).

Ἔστι δέ τις Νέμεσις, μεγάλη θεός, ἣ τάδε πάντα
πρὸς μακάρων ἔλαχεν· βωμὸν δέ οἱ εἴσατο πρῶτος
Ἄδρηστος ποταμοῖο παρὰ ῥόον Αἰσήποιο,
ἔνθα τετίμηταί τε καὶ Ἀδρήστεια καλεῖται

In his omnibus carminibus epicis — in hymnis iisque, carminibus de quorum fragmentis postremum egi — multa insunt, quae ingenio temporum in dies magis doctrinae faventi debentur. Sic in hymnis diligentissime omnia singulorum deorum inventa, templorum, religionum, cultuum origines enarrantur. Cui studium cum consentaneum sit nominum etymologias explicare, non raro in eas quoque incidimus. —

De etymologiis carminum lyricorum.

In lyricis carminibus nobis etymologias non tam frequenter occurrere, quam in poesi epica, non mirari debemus. Nempe ut etymologias adhibendi occasio detur, nominibus opus est. Est autem poetis lyricis non ita cum personis, quibus nomina indita sunt, cum actionibus, cum fabulis etc. quam cum animi motibus res. Tamen — ita tota antiquitas ad nomina attenta erat — non omni exemplo lyrica quoque carmina vacant. Sic Anacreontem *εἰς Διόνυσον* frg. 2. (Bergk) illam satis descriptam rhetoricam paretymologiam usurpasse valde probabile est.

Κλεοβούλῳ δ' ἀγαθὸς γενεῦ
σύμβουλος.

Verisimile quoque est Archilochum Iamb. frg. 23 (Bergk. poet. lyric. Lips. 1843 p. 472) ad nomen Apollinis verbis *ὄλλυ'* et *ὀλλύεις* spectare:

Ἄναξ Ἄπολλον, καὶ σὺ τοὺς μὲν αἰτίους
πήμαινε καὶ σφέας ὄλλυ' ὥσπερ ὀλλύεις.

Etymologiam in his versibus inesse Macrobius quoque, qui eos Saturn. I, 17 affert, putat.

Quod autem Pindarum attinet, non ita raro in etymologias apud eum incidimus, quas omnino et apud Pindarum et apud alios poetas lyricos iis locis reperimus, ubi poetae lyrici fabulas et argumenta epica in carmina sua receperunt. Quod nobis unam earum causarum aperire

potest, cur antiqua Graecorum poesis etymologiis tam densa sit, cum nostra recentiorum temporum poesis earum perpauca exempla exhibeat. Ea autem fuit causa, quod tota antiquitatis poesis nisa erat fabulis, quae de deis heroibusque ferebantur credebanturque. Libentissime omnia, quae aliquo modo ad eas pertinebant, a lectoribus auditoribusque accepta sunt. Nobis contra maiorum nostrorum fabulae non ita cordi sunt, non eas carminibus illustrant aut excolunt. Itaque poesis nostra — si omnes alias causas omitto — vel inde etymologias frequentiores non continere potest, quod, cum poetae aut fictis aut historicis nominibus utantur, iis aut nomina tanti momenti aut talis singularis naturae, ut mythologica nomina, desunt, ut ea explicare operae pretium sit. Ubi igitur in poesi lyrica Graeca fabulae inseruntur aut earum memoria fit, etymologiae quasi sponte incurrunt.

Simonides Ceus. (*Παιᾶνες*) *εἰς, Ἀπ. Πυθ.* frg. 26. Bergk. *Σιμωνίδῃ δὲ ἄρα τῷ μελικῷ πρὸς τὴν Ἀπόλλωνος εὐφημίαν ἀρκεῖ τὸν θεὸν Ἕκατον προςειπόντι καὶ καθάπερ ἀντ' ἄλλου τινὸς ἱεροῦ γνωρίσματος αὐτοῦ τὴν ἐπωνυμίαν κοσμῆσαι, διότι τὸν Πύθωνα τὸν δράκοντα βέλεσιν ἑκατόν, ὥς φησιν, ἐχειρώσατο· καὶ μᾶλλον αὐτὸν Ἕκατὸν ἢ Πύθιον χαίρειν προςαγορευόμενον, οἷον κλήρου τινὸς ἐπωνυμίας συμβόλῳ προςφωνούμενον.* frg. 202. *Σιμωνίδης δέ φησι τὸν Τάλω πρὸ τῆς εἰς Κρήτην ἀφίξεως οἰκῆσαι τὴν Σαρδὼ καὶ πολλοὺς τῶν ἐν ταύτῃ διαφθεῖραι οὓς τελευτῶντας σεσηρέναι, καὶ ἐκ τούτου ὁ Σαρδόνιος γέλως.* Eandem de risu Sardonio etymologiam in „Daedalo“ Sophocles profert. cfr. frg. 164 (Nauck).

Tyrtaeus frg. 2. tertia a me supra p. 9 descripta etymologiae forma utens nomen „*Πελοπόννησος*“ circumscribit:

οἷσιν ἅμα προλιπόντες Ἐρινέον ἠνεμόεντα
εὐρεῖαν Πέλοπος νῆσον ἀφικόμεθα.

Erinna Ἠλακάτη. frg. 1.

Πομπίλε, ναύταισιν πέμπων πλόον εὔπλοον ἰχθύ,
πομπεύσαις πρύμναθεν ἐμὰν ἁδεῖαν ἑταίραν.

Pindar.

Olymp. VI, ἀντ. γ. (Jamos) *ἀλλὰ*
κέκρυπτο γὰρ σχοίνῳ βατίᾳ τ' ἐν ἀπειράτῳ,
ἴων ξανθαῖσι καὶ παμπορφύροις ἀκτῖσι βεβρεγμένος
ἁβρὸν
σῶμα· τὸ καὶ κατεφάμιξεν καλεῖσθαί νιν χρόνῳ
σύματαντι μάτηρ
τοῦτ' ὄνυμ' ἀθάνατον.

Olymp. IX. ἀντ. β.
Πύρρα Δευκαλίων τε Παρνασοῦ καταβάντε
δόμον ἔθεντο πρῶτον. ἄτερ δ' εὐνᾶς ὁμόδαμον
κτησάσθαν λίθινον γόνον·
λαοὶ δ' ὀνόμασθαν. Quod Donner vertit: Steingeschlecht vom Stein geheissen.

Isthmia VI (V) στρ. γ. (Heracles).
εἶπέν τε φωνήσαις, ἅτε μάντις, ἀνήρ·
Ἔσσεταί τοι παῖς, ὃν αἰτεῖς, ὦ Τελαμών·
καί νιν ὄρνιχος (αἰετὸς) φανέντος κέκλεν ἐπώνυμον
εὐρυβίαν Αἴαντα.

Frg. 73 (Bergk) (*Παρθένια*) *Πανί.*
Ὦ μάκαρ, ὅντε μεγάλας θεοῦ κύνα παντοδαπὸν
καλέοισιν Ὀλύμπιοι
verbum *παντοδαπὸν* mihi ad nomen *Πάν* respicere videtur cfr. p. 52. Hym. *εἰς Πᾶνα.*

Anacreontea. Bergk. 47.

Τοῦ Διὸς ὁ παῖς ὁ Βάκχιος
ὁ λυσίφρων, ὁ Λυαῖος

quod cognomen *Λυαῖος* sic cum *λυσίφρων* componitur. recte iudicare mihi videor, ad vim nominis respici.

De tragicorum etymologiarum usu.

Nobis causam primariam quaerentibus, quae illas tot etymologias aqud poetas Graecos obvias produxerit, ea se nobis sponte offert, si reputamus, nostris temporibus ab hac ad nomina respiciendi consuetudine, cui tota antiquitate eruditissimus quisque largissime indulgere minime veritus est, urbanos eruditosque viros alienos esse, in cottidiano contra vulgi populari sermone eam nunc quoque observari posse. Nempe est hominis, cuius ingenium minus excultum est, nimis multum momenti rebus externis ut faciei, staturae corporis, habitui, nominibus etc. tribuere et ad eas animum attentum habere. Graecam autem gentem, quamvis ingeniosa fuerit, tamen in universum spectatam eum gradum, quem nostra ingenii cultura tenet, non assecutem esse putandum est; ut fuit Graeca gens tot saeculis ante nos.

Haec naturalis in nomina spectanda prona ingenii conditio Graecorum proprio innato verborum amore etiam magis confirmata est. — Cum autem sic ad nomimum significationes attenti essent Graeci, mirari non debemus, illam superstitionem quoque religiosam, qua commoti in permultis rebus praesagia rerum futurarum quaerebant, nominibus potitam esse. Qui mos e nominibus omina capiendi ut erat ex hac in nomina spectanda animi inclinatione natus, ita, ubi viguit, ultro animos etiam magis ad nomimum significationes attentos redidit.

Validissimum autem hoc studium e nominibus omina capiendi temporibus Herodoti Aeschylique fuisse videtur, quod quantum fuerit eo intelligi potest, quod etiam duces in rebus gerendis hoc studio impulsi sunt. Cuius rei nobile exemplum ab Herodoto traditur. IX, 90. Cum enim post Persarum apud Salaminem cladem Graecorum classis Leotychide duce Asiam petens ad Delum insulam

appelleret, legati Samiorum ad Leotychidem venerunt petentes, ut patriam suam a Persis liberaret. Celeriter ad Samum navium cursum dirigeret, occasionem optimam Samium Graecis restituendi se offerre. Leotychides autem insidias timens diu cunctatus est. Postremum ex uno legatorum quaesivit, quod nomen ei esset.

ὁ δὲ εἶπε· Ἡγησίστρατος. ὁ δὲ ὑπαρπάσας τὸν ἐπίλοιπον λόγον, εἴ τινα ὥρμητο λέγειν ὁ Ἡγησίστρατος, εἶπε· Δέκομαι τὸν οἰωνὸν τὸν ἡγησίστρατον, ὦ ξεῖνε Σάμιε . .

Aristophanis quoque locus Nub. 60. sq. bene illustrat, quam gravis res Graecis nominis omen fuerit. Strepsiades enim vehementer cum uxore de nomine filio nato indendo certat, cum uterque eam sortem, eosque mores, quos filium adipisci optat, ad bonum omen efficiendum nomine indicare velit. Mater eum *Ξάνθιππον* nominari vult aut *Χάριππον* aut *Καλλιπίδην*, cum pater parcus nomen *Φειδωνίδης* amet. Postremum autem cum uterque aliquid concesserit, filio nomen „*Φειδιππίδης*“ indunt. —

Sunt duo modo loci apud tragicos Aeschyl. Ag. 680 et Euripid. Phoen. 645 ubi certis verbis dedita opera dicitur providentiam quandam divinam nomina Helenae et Polynicis sic instituisse, ut rebus futuris comprobarentur.

Aeschyl. Ag. 680. *τίς ποτ᾽ ὠνόμαζεν ὧδ᾽ ἐς τὸ πᾶν ἐτητύμως, μήτις, ὅντιν᾽ οὐχ ὁρῶμεν, προνοίαισι τοῦ πεπρωμένου γλῶσσαν ἐν τύχᾳ νέμων; τὰν δορίγαμβρον ἀμφινεικῆ θ᾽ Ἑλέναν: ἐπεὶ πρεπόντως ἑλέναυς, ἕλανδρος, ἑλέπτολις κ. τ. λ.*

Euripides. Phoen. 645. *ἀληθῶς δ᾽ ὄνομα Πολυνείκην πατὴρ ἔθετό σοι θείᾳ προνοίᾳ, νεικέων ἐπώνυμον.*

Omnibus autem aliis locis simpliciter dicitur hoc nomen cum sorte congruere, non poeta dicit, num putet hoc fortuito accidisse aut certo fati consilio institutum esse. Utrum igitur crediderit, sciri non potest. Tamen de Aeschylo praecipue necnon de Sophocle censendum esse

mihi videtur, hanc opinionem aliis quoque locis subesse, etsi non verbis exprimitur. Aeschylus enim, quantum e fabulis cognosci potest, maxime ominum quaerendorum cupidus erat. Quod non solum in nominibus explicandis videre possumus, sed in aliis quoque rebus. Sic. Sept. 400. (Eteocles.)

καὶ νύκτα ταύτην ἣν λέγεις ἐπ᾽ ἀσπίδος
ἄστροισι μαρμαίρουσαν οὐρανοῦ κυρεῖν,
τάχ᾽ ἂν γένοιτο μάντις ἡ ᾽ννοια τινί.
εἰ γὰρ θανόντι νὺξ ἐπ᾽ ὀφθαλμοῖς πέσοι,
τῷ τοι φέροντι σῆμ᾽ ὑπέρκομπον τόδε,
γένοιτ᾽ ἂν ὀρθῶς ἐνδίκως τ᾽ ἐπώνυμον,
κἀυτός καθ᾽ αὑτοῦ τὴν ὕβριν μαντεύσεται.

De Euripide contra credam, eum hanc patrum superstitionem iam despexisse et locis, qui huc trahi possint, magis priorum poetarum exempla imitatum esse et vulgi opinioni indulsisse, quam ipsum sic rem se habere credidisse. Nolim quidem Euripidis verba loco supra allato Phoen. 645 torquere, at ipsa invitant. Si enim ea urgeas, sic interpretari possimus, ut Aeschyli verbis Ag. 680 opposita sint. Potest enim Euripides dicere: Cadmum tanta sapientia fuisse, ut modo nati filii naturam statim recte perspexisset providissetque eum post multorum certaminum causam fore. Itaque patrem ei nomen Polynici indidisse. (Non fatum aut divinam providentiam aliquo nobis recondito modo nomen indidisse). —

Quanto latissime autem tum consuetudo ad nomina respiciendi patuerit, quam omnes vitae formas penetraverit, id longius persequi non iniucundum laborem fore puto; nunc rem paucis exemplis, quae mihi praesto sunt, illustrem: Apud Herodotum VII, 225 legimus in Leonidae tumulo ligneum leonem positum esse; nempe ad nomen Leonidae respexerunt. Huic simile est, quod legi apud

Schnaase: Gesch. der bildenden Künste II. p. 285: der Maler Antiphilos, Zeitgenosse des Apelles, malte einen Menschen, mit Namen Gryllos in lächerlicher Auffassung mit spöttischer Beziehung auf seinen Namen. In epigrammatibus sepulcralibus quoque non raro hic mos nobis se offert. Kaibel. Epigr. Graec. ex lapidibus collect. 42.

οὔνομα δ' Εὐτιχίδης· ψευδώνυμον ἀλλά με δαίμων
θῆκεν ἀφαρπάξας ὠκύτατ' εἰς Ἀΐδα.
52. . . . . . . *πιστῶν δὲ ἔργων ἕνεκα ἔσχον*
Πιστὸς ἐπωνυμίαν . . . . .

63. *Κρῖος.*

Οὗτος ὃς ἐνθάδε κεῖται ἔχει μὲν τοὔνομα κριοῦ,
φωτὸς δὲ ψυχὴν ἔσχε δικαιοτάτου.

71. 102.

Quid, quod multi philosophi Graeci certam cognoscendi rationem quaerentes verborum auctoritatem tanti aestimabant, ut etiam verborum etymologias cognitionis nostrae principium declararent? Huius rei — nisi fallor — causa fuit illa innata Graecorum hominum ingeniis ad nominum et omnino verborum significationem attenta acies. Neque fugit vera huias rei causa Zellerum: Gesch. der griech. Philosophie II. p. 529. Von den älteren Philosophen hatte sich besonders Heraclit gern an den sprachlichen Ausdruck angelehnt, wie ja überhaupt Wortspiele und etymologiscse Deutungen bei dem witzigen und redefertigen Griechenvolke sehr beliebt waren.“ Quae philosophorum ratio ut erat ex hac Graecorum hominum inclinatione enata, ita ad eam impellendam bene apta erat. Quam verborum dominationem Plato, cui ingentis ingenii vis meliorem cognoscendi rationem praeberet, inter primos, qui e philosophia eam tollere conati sunt, praecipuus erat. Quod qui demonstrat egregium Cratyli locum apponere liceat. (ed. Fischer. p. 92/93). Σω.

Εἰ οὖν ἔστι μὲν ὅτι μάλιστα δι' ὀνομάτων τὰ πράγματα μανθάνειν, ἔστι δὲ καὶ δι' ἑαυτῶν, ποτέρα ἂν εἴη καλλίων καὶ σαφεστέρα ἡ μάθησις; ἐκ τῆς εἰκόνος μανθάνειν αὐτήν τε αὐτὴν, εἰ καλῶς εἴκασται, καὶ τὴν ἀλήθειαν, ἧς ἦν ἡ εἰκών. ἢ ἐκ τῆς ἀληθείας αὐτήν τε αὐτὴν καὶ τὴν εἰκόνα αὐτῆς, εἰ πρεπόντως εἴργασται; Κρ. ἐκ τῆς ἀληθείας μοι δοκεῖ ἀνάγκη εἶναι Σω. Ὅντινα μὲν τοίνυν τρόπον δεῖ μανθάνειν, ἢ καὶ εὑρίσκειν τὰ ὄντα μεῖζον ἴσως ἐστὶν ἐγνωκέναι, ἢ κατ' ἐμὲ καί σε. ἀγαπητὸν δὲ καὶ τοῦτο ὁμολογήσασθαι ὅτι οὐκ ἐξ ὀνομάτων, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον αὐτὰ ἐξ αὑτῶν καὶ μαθητέον καὶ ζητητέον ἢ ἐκ τῶν ὀνομάτων.

Quamquam Plato ipse vel libris post „Cratylum" scriptis etymologiarum dominationi se plane subducere non potuit. Itaque mirum esse non debet, quod aliorum sectarum philosophi, ut Stoici, semper ei subiecti fuerunt. Quos secutus Cicero quoque interdum, etsi repugnans, ad etymologias in philosophicis libris suis refugit. Ipse autem suis verbis se Stoicorum auctoritatem in ea re sequi professus est. De officiis I, 7. 23. „Ex quo, quamquam hoc videbitur fortasse cuipiam durius, tamen audeamus imitari Stoicos, qui studiose exquirunt, unde verba sint ducta, credamusque, quia fiat, quod dictum est, appellatam fidem." —

Cum igitur Aeschyli, Sophoclis, Euripidis temporibus nominum verborumque auctoritas tanta esset, ut eorum explicandorum studium ubique nobis occurrat, talis poeta modo, quem divitis ingenii benigna vena ad alias graviores res duceret totumque iis detineret, si non plane at tamen fere etymologias effugere potuit. Qualis poeta unus Sophocles fuit, qui in tragoediis, quae exstant, tam pauca etymologiarum exempla praebeat, ut cum Aeschylo Euripideque vix comparari possit. Quae res mihi non in eum sensum excipienda videtur esse, ut credamus, Sophoclem consulto etymologias evitasse, quod hoc totum

studium despiceret — id enim et per se incredibile est et etymologiarum, quamvis perpauca sint, exemplis refellitur — sed ingenii natura ab hac re magis aliena erat et alio fortius impellebatur, ut talia ei rarius in mentem venirent.

De his tribus poetis tragicis, si quis etymologiarum exemplis non antea collatis secum reputet, quem expectet secundum totam fabularum indolem plurima exempla exhibere, sine dubio — et quaesivi e multis, qui sic mihi responderunt et in doctorum virorum libris sic legi iudicatum. cfr. p. 17. — sic statuat: „Aeschylus paucissima det, Sophocles fere eundem numerum, Euripides longe plurima.“ At de nullo eorum recte. Superat enim omnes Aeschylus, sequitur non parvo intervallo Euripides, Sophocles fere non concurrit. Septem enim Aeschyli tragoediae nobis non minus viginti quattuor exempla praebent, cum novem decim Euripidis tragoediae unum et viginti modo exempla contineant. Ex septem denique Sophoclis fabulis Aias modo et Oedipus Coloneus etymologias habent, quarum quattuor repperi.

His praemissis locos ipsos afferam.

Aeschylus.

Prometheus. v. 85. *ψευδωνύμως σε δαίμονες Προμηθέα καλοῦσιν· αὐτὸν γάρ σε δεῖ προμηθέως.*

Ἀράξης flumen significatur: *λέγεται παρά τὸ ἀράσσειν καὶ ἠχεῖν τὰ κύματα αὐτοῦ.*

v. 300. . . . *πῶς ἐτόλμησας, λιπὼν*
ἐπώνυμόν τε ῥεῦμα . . . . . (*Ὠκεανός*).

v. 716. *ἥξεις δ' ὑβριστὴν ποταμὸν οὐ ψευδώνυμον, ὃν μὴ περάσῃς.* v. 732. *Βόσπορος δ' ἐπώνυμος κεκλήσεται.*

v. 838. *πόντιος μυχός,*
σαφῶς ἐπίστασ', Ἰόνιος κεκλήσεται,
τῆς σῆς πορείας μνῆμα τοῖς πᾶσιν βροτοῖς.

v. 847. *ἐνταῦθα δή σε Ζεὺς τίθησιν ἔμφρονα,*
ἐπαφῶν ἀταρβεῖ χειρὶ καὶ θίγων μόνον.
ἐπώνυμον δὲ τῶν Διὸς γεννημάτων
τέξεις κελαινὸν Ἔπαφον.

Septem. v. 9. cfr. Eumen v. 90.
οἰμώγμασίν θ', ὧν Ζεὺς ἀλεξητήριος
ἐπώνυμος γένοιτο Καδμείων πόλει.

Locus bene illustrat quam inveterata haec ad nomina spectandi consuetudo tum fuerit, cum vel tam graves cogitationes, ut haec: „o Iuppiter, serves hanc urbem". per circumscriptionem ita exprimerentur: O Iuppiter, serves urbem nostram, ut nobis quoque cognomen tuum *ἀλεξητήριος* comprobes.

v. 136. *Κάδμου ἐπώνυμον πόλιν φύλαξον.* per hanc vulgarem circumscriptionem *πόλις Καδμεία* significatur.

v. 145. . . . . . . *καὶ σὺ Λύκει' ἄναξ, Λύκειος γενοῦ στρατῷ δαΐῳ.* v. 536. (*Παρθενοπαῖος*) *ὁ δ' ὠμόν, οὔτι παρθένων ἐπώνυμον, φρόνημα.* v. 658. *ἐπωνύμῳ δὲ κάρτα Πολυνείκῃ λέγω.* v. 829. *οἳ δῆτ' ὀρθῶς κατ' ἐπωνυμίαν καὶ πολυνεικεῖς ὤλοντ'.*

v. 576. Amphiaraum vatem ad Polynicis nominis vim respicientem fecisse Aeschylus videtur.

καὶ τὸν σὸν αὖθις πρόσμορμορον ἀδελφεὸν
ἐξυπτιάζων ὄμμα Πολυνείκους βίαν,
δίς τ' ἐν τελευτῇ τοὔνομ' ἐνδατούμενος.
καλεῖ . . . . . .

Persae. v. 775. (Darius loquitur).

. . . . . . *τὸν δὲ σὺν δόλῳ* (*Μέρδις*)
Ἀρταφρένης ἔκτεινεν ἐσθλὸς ἐν δόμοις.

De hoc loco multum inter doctos viros certatum est. Scaliger putavit *Ἀρταφρένης* etymologice dictum esse. Idem Classen iudicavit: „Persa *Ἀσταφρένης* vocatur haud dubie cum respectu *τῶν ἀρτίων φρενῶν.*" Meineke contra vehementer Scaligerum vituperat his verbis: Magis etiam

mira sunt, quae narrat Scaliger de Artapherne, quem unice metri necessitate coactus in Artaphrenem mutavit Aeschylus. Lerschius quoque arbitratur omnem etymologicam rationem ab hac nominis mutatione afuisse: Graecorum linguam voci *Ἀρταφέρνης* obstitisse, igitur in *Ἀρταφρένης* mutatam esse, ut Bosra in *Βύρσα*. Quae de Araphernis nominis mutatione quaestio Boekhii observatione absoluta est, Herodoti libros non raro hoc et *Ἰνταφρένης* praebere. Iudicat autem vir egregius Graecos nomina ita mutasse, ut Graecis fierent similiora.

Agam. v. 681. *τίς ποτ' ὠνόμαζεν ὧδ' ἐς τὸ πᾶν ἐτητύμως, μή τις, ὅντιν' οὐχ ὁρῶμεν, προνοίαισι τοῦ πεπρωμένου γλῶσσαν ἐν τύχᾳ νέμων; τὰν δορίγαμβρον ἀμφινεικῆ θ' Ἑλέναν; ἐπεὶ πρεπόντως ἑλέναυς, ἕλανδρος, ἑλέπτολις* κ. τ. λ. v. 1080. *Ἄπολλον, Ἄπολλον, ἀγυιᾶτ' ἀπόλλων ἐμός ἀπώλεσας γὰρ οὐ μόλις τὸ δεύτερον.* Ad v. 1085. *Ἄπολλον, Ἄπολλον, ἀγυιᾶτ' ἀπόλλων ἐμός. ἆ ποῖ ποτ ἤγαγές με; πρὸς ποίαν στέγην;* Blomfield animadvertit ad Apollinis epitheton *ἀγυιᾶτ'* allusionem fieri verbo *ἤγαγες*.

Eum. v. 7. *Φοίβη, δίδωσι δ' ἣ γενέθλιον δόσιν*
Φοίβῳ, τὸ Φοίβης δ' ὄνομ' ἔχει παρώνυμον.

v. 689. *Ἄρει δ' ἔθυον, ἔνθεν ἔστ' ἐπώνυμος*
πέτρα, πάγος τ' Ἄρειος.

Suppl. v. 18. *ὅθεν δὴ γένος ἡμέτερον, τῆς οἰστροδόνου βοὸς ἐξ ἐπαφῆς, κἀξ ἐπιπνοίας Διὸς εὐχόμενον τετέλεσται·* a verbis *ἐξ ἐπαφῆς* ad nomen „Epaphus" spectare Aeschylum puto. v. 45. *ἶνίν τ' ἀνθονομούσας προγόνου βοὸς ἐξ ἐπιπνοίας Ζηνὸς ἔφαψιν· ἐπωνυμίᾳ δ' ἐπεκραίνετο μόρσιμος αἰὼν εὐλόγως, Ἔπαφόν τ' ἐγέννασεν·*

v. 260. *αὐτῆς δὲ χώρας Ἀπίας πέδον τόδε*
πάλαι κέκληται φωτὸς ἰατροῦ χάριν.
Ἆπις γὰρ ἐλθὼν κ. τ. λ.

v. 310. *καὶ Ζεύς γ' ἐφάπτωρ χειρὶ φιτύει γόνον* ad nomen „Epaphus“ respicit.

v. 311. *B. τίς οὖν ὁ Δῖος πόρτις εὔχεται βοός;*
K. Ἔπαφος ἀληθῶς ῥυσίων ἐπώνυμος.

v. 533. *γενοῦ πολυμνᾶστορ, ἔφαπτορ Ἰοῦς.*

v. 542. *διχῇ δ' ἀντίπορον γαῖαν ἐν αἴσᾳ διατέμνουσα πόρον κυματίαν ὁρίζει·* Puto Aeschylum verbo *πόρος* ad nomen *Βόσπορος* ostendere. cfr. Prometh. v. 732.

In CLII. Aeschyli fragmentis plerumque e singulis modo verbis constantibus tres etymologiae insunt (Nauck) frg. 5, (Aetneae) frg. 306, (incert. fab.) frag. 393. (incert. fab.) Locos ipsos adscribere inutile habui, cum singulas etymologias ipsas cognoscere plerumque nullius multum interesse possit.

Sophocles.

Aias. v. 430. *αἶ αἶ· τίς ἄν ποτ' ᾤεθ' ὧδ' ἐπώνυμον*
τοὐμὸν ξυνοίσειν ὄνομα τοῖς ἐμοῖς κακοῖς.

v. 574. *ἀλλ' αὐτό μοι σὺ παῖ, λαβὼν ἐπώνυμον,*
Εὐρύσακες, ἴσχε, διὰ πολυῤῥάφου στρέφων
πόρπακος, ἑπτάβοιον ἄῤῥηκτον σάκος·

v. 913. *κεῖται ὁ δυςτράπελος, ὁ δυςώνυμος Αἴας.*

Oedip. Col.

v. 486. *ὥς σφεας καλοῦμεν Εὐμενίδας, ἐξ εὐμενῶν*
στέρνων δέχεσθαι τὸν ἱκέτην σωτήριον

v. 1320. *ἕκτος δὲ Παρθενοπαῖος Ἀρκὰς ὄρνυται,*
ἐπώνυμος τῆς πρόσθεν ἀδμήτης χρόνῳ
μητρός.

Frg. 164 (Nauck). 336. 374. 592. 830. 877. Hae etymologiae sex in MXXII fragmentis reperiuntur.

Euripides.

Phoen. v. 27. *σφυρῶν σιδηρᾶ κέντρα διαπείρας μέσον,*
ὅθεν νιν Ἑλλὰς ὠνόμαζεν Οἰδίπουν.

v. 645. *ἀληθῶς δ' ὄνομα Πολυνείκην πατὴρ*
ἔθετό σοι θείᾳ προνοίᾳ, νεικέων ἐπώνυμον.
v. 1508. *ὦ Πολύνεικες, ἔφυς ἄρ' ἐπώνυμος.*

Orestes v. 1663. *κεκλήσεται δὲ σῆς φυγῆς ἐπώνυμον,*
Ἀζᾶσιν Ἀρκάσιν τ' Ὀρέσσειον καλεῖν·

Iph. Taur. v. 32. *Θόας, ὃς, ὠκὺν πόδα τιθεὶς ἴσον πτεροῖς,*
εἰς τοὔνομ' ἦλθε τόδε ποδωκείας χάριν.
v. 1466. *ἐπώνυμον τῆς Ταυρικῆς, πόνων τε σῶν,*
οὓς ἐξεμόχθει, περιπολῶν καθ' Ἑλλάδα,
οἴστροις Ἐρινύων· Ἄρτεμιν δέ νιν βροτοὶ
τολοιπὸν ὑμνήσουσι Ταυροπόλον θεάν.

Rhesus v. 158 *ἐπώνυμος μὲν κάρτα καὶ φιλόπτολις,*
Δόλων·

Troades v. 13. *ὅθεν πρὸς ἀνδρῶν ὑστέρων κληθήσεται*
δούρειος ἵππος, κρυπτὸν ἀμπίσχων δόρυ.
v. 995. *τὰ μῶρα γὰρ πάντ' ἐστὶν Ἀφροδίτη βροτοῖς,*
καὶ τοὔνομ' ὀρθῶς ἀφροσύνης ἄρχει θεᾶς.

Bacchae v. 295. . . . . . *χρόνῳ δέ νιν*
βροτοὶ τραφῆναί φασιν ἐν μηρῷ Διός,
ὄνομα μεταστήσαντες, ὅτι θεᾷ θεὸς
Ἥρα ποτ' ὡμήρευσε, συνθέντες λόγον.
v. 367. *Πενθεὺς δ' ὅπως μὴ πένθος εἰσοίσει δόμοις*
τοῖς σοῖσι, Κάδμε, μαντικῇ μὲν οὐ λέγω,
τοῖς πράγμασιν δέ·
v. 507. (*Πενθεύς*) *ἐνδυστυχῆσαι τοὔνομ' ἐπιτήδειος εἶ.*

Helena v. 9. *Θεοκλύμενυν ἄρσεν', ὅτι δὴ θεοὺς σέβων*
βίον διήνεγκ'
v. 13. *καλοῦσιν αὐτὴν Θεονόην· τὰ θεῖα γὰρ,*
τά τ' ὄντα, καὶ μέλλοντα, πάντ' ἠπίστατο
v. 831. *E. . Θεονόην καλοῦσί νιν.*
M. χρηστήριον μὲν τοὔνομ'·

Jon. v. 672. *Ἴωνα δ' ὀνομάζω σε, τῇ τύχῃ πρέπον,*
ὅθ' οὕνεκ' ἀδύτων ἐξιόντι μοι θεοῦ
ἴχνος συνῆψας πρῶτος·
eadem etymologia legitur v. 815.
v. 844. *καινὸν δὲ τοὔνομ' ἀνὰ χρόνον πεπλασμένον,*
Ἴων ἰόντι δῆθεν ὅτι συνήντετο.
v. 1010. *ἣν Αἰγίδ' ὀνομάζουσι, Παλλάδος στολήν;*
τόδ' ἔσχεν ὄνομα, θεῶν ὅτ' ἦλθεν εἰς δόρυ.
Electra v. 1282.
σὲ δ' Ἀρκάδων χρὴ πόλιν ἐπ' Ἀλφειοῦ ῥοαῖς
οἰκεῖν. Λυκαίου πλησίον σηκώματος
ἐπώνυμος δέ σου πόλις κεκλήσεται.
cfr. Orestes. v. 1663.

Haec fragmenta etymologias praebent. frag. 181. (Nauck). 182. 486. 521. 781. 816. 854. 917. 1079. Dánaë. v. 20. Hae novem etymologiae in fragmentis MCXVII iusunt.

Locum Ionis v. 1594—1611, qui complures heroes eponymos continet, qui sua nomina gentibus vicisque reliquerunt, supra non adscripsi.

Quod tragicorum paretymologias attinet, credo nonnullas forte nobis offerri, sed non ita frequentes ut Schneidewin in editione sua Sophoclis voluit aut Lersch putavit. Hic enim de Euripidis versu Phoen. 3. *Ἥλιε, θοαῖς ἵπποισιν εἱλίσσων φλόγα* dicit, manifestam ad Solis nomen allusionem inesse (unverkennbare Andeutung) Schneidewini quoque iudicium in Sophoclis locis Oed. Tyr. 70. 603. Aias 608. 172. Trach. 127 paretymologias agnoscentis a plerisque lectoribus non comprobatum iri confido. Item puto loco Antigones v. 1175, qui Schneidewinum fugit, paretymologiam non statuendam esse:

Αἵμων ὄλωλεν, αὐτόχειρ αἱμάσσεται.

Sed de locis Ant. 111. et Electr. 6, quos Sch. omisit, credam iis poretymologias subesse. *Πολυνείκης ἀρθεὶς*

νεικέων ἐξ ἀμφιλόγων. et *αὕτη δ', Ὀρέστα, τοῦ λυκοκτόνου θεοῦ ἀγορὰ Λύκειος.* Aeschl. Agam. 882. *Ζεῦ Ζεῦ τέλειε, τὰς ἐμὰς εὐχὰς τέλει.* Fortasse idem censendum erit de Euripidis locis Ion. 212. Suppl. 499.

I. λεύσσεις οὖν ἐπ' Εγκελάδῳ
γοργωπὸν πάλλουσαν ἴτυν;
X. λεύσσω Παλλάδ', ἐμὰν θεόν.

Suppl. 499. *οὔτ' ἄν γ' ἔτ' ὀρθῶς Καπανέως κεραύνιον.*
δέμας καπνοῦται κλιμάκων ὀρθοστάτων.

Ad has Aeschyli, Sophoclis, Euripidis etymologias addam eas, quas e fragmentis reliquorum tragicorum collegi.

Achaeus. frg. 11. (Nauck. frg. trg. Gr.)
Agathon. frg. 3. (Thyest.) frg. 17. (incert. fab.)
Chaeremon. frg. 4. (Dionys.)

Has quattuor etymologias in CCCLXXXII fragmentis „tragicorum minorum" repperi.

Adespota. frg. 73.

De comicorum Graecorum etymologiis.

Nullum apud nos quoque iocandi genus vulgarius magisque frequens est, quam illud, quod e nominibus ridiculum capiat. Viri quidem eruditi elegantisque iudicii et politae urbanitatis istius generis iocos despiciunt iisque utantur cavent, cum iis inepti videantur. Tamen his quoque interdum tales ioci excidunt, sua sponte enim nobis invitis se insinuant. Hoc si tenemus: eruditissimum quemque nostris temporibus maxime a talibus iocis abhorrere, nobis reputantibus, veteres Graecos omnes, etiam viros maximi ingenii tales leves iocos valde amasse et admiratos esse, cognitio offertur, hac quoque in re nos homines recentiores multum profecisse. Recte enim mirabimur e. g. Herodotum, virum tanti ingenii, Cleomenis regis tam vilis notae iocum dignum habuisse, qui

posteritatis memoriae traderetur, ut is est, quem legimus Herod. VI, 50. Cleomenes enim, rex Lacedaemoniorum, cum a Crio quodam de insula cedere coactus esset, cum minatione iocans dixit, postquam ex eo quaesisit, quodnam nomen ei esset, haec verba: *Ἤδη νῦν καταχαλκοῦ, ὦ κριὲ τὰ κέρεα ὡς συνοισόμενος μεγάλῳ κακῷ.* Neque solum Graeci, sed tota antiquitas, Latini aeque ac Graeci, his de nominibus iocis faverunt. Cicero quoque „De Oratore" II, 63, 257. oratoribus hanc iocandi rationem, quae explicandis nominibus nititur, commendat his verbis: „Etiam interpretatio nominis habet acumen, cum ad ridiculum convertas, quam ob rem ita quis vocetur; ut ego nuper, Nummium divisorem, ut Neoptolenum ad Troiam, sic illum in campo Martio nomen invenisse." Neque aliis locis raro Cicero talibus iocis utitur, ut in „actionibus in Verrem" neque solum in orationibus forensibus, sed etiam in libris rhetoricis. De Oratore II, 22, 91. in epistolis (ed. Schütz) I, p. 134. XXVI. Horati quoque satirae septimae lib. I totum acumen e tali ioco constat, qui ridiculum capit e nomine Rupili Regis.

Quantum autem posteriores in urbanitate elegantiaque iudicii profecerint, Quinctiliani et Taciti iudicia nos docent. Quinctilianus enim a tragoedia plane removendas esse tales nominum originationes putavit et frigidum esse iudicavit, quod nomen Polynicis, ut argumentum morum, frater incessit. Etiam in iocis talia frigida esse arbitratur et ea inter praecepta tradi miratur. Institut. VI, 3 (edit. Bipont. Tom. I, p. 366—376) V, 10 (Tom. I, p. 288) IX, 3 (Tom. II, p. 168) — Tacitus autem Dial. cap. 23 cum contemptu Aprum, antiquitatis detrectatorem, illam a Cicerone de Verris nomine institutam iocationem perstringentem facit.

Quam arcte autem hic frequens et amatus in iocis etymologiarum usus cum illo in seriis cohaereat, nemo

est, quin videat. Nempe harum quoque etymologiarum causa primaria ea est, quam p. 58 exposuimus: Toti antiquitati in universum spectatae nimis magnae auctoritatis res externae erant, in quibus praeter faciem, staturam corporis, habitum etc. nomina quoque numeranda sunt. Hanc autem coniecturam veram esse eo quoque confirmatur, quod idem Cicero, qui illas de nominibus institutas iocationes oratoribus commendat, illud quoque rude iocandi genus, quod in corporis vitiis versatur, laudat. De Oratore. II, 59, 239. „Est etiam deformitatis et corporis vitiorum satis bella materies ad iocandum: sed quaerimus idem, quod in ceteris rebus: maxime quaerendum est quatenus.“ Scurrile modo in hoc genere ut caveamus admonet. Quid autem hoc verbo „scurrile“ significare velit, locus II, 60, 245. optime nos docet. Id enim unum scurrile habet, si quis occasione non favente talia profert.

Quum autem hae iocosae nomimum interpretationes ex eadem radice natae sunt ac tragicorum aliorumque graves etymologiae mirari non debemus idem, quod in tragicis observavimus, in comicis quoque poetis nos offendere. Ut enim vidimus in poetis tragicis Sophoclem, qui maxime ex intimis ingenii fontibns hauriret, longe rarissimas etymologias habere, ita in comicis quoque poetis — si de omnibus totius antiquitas et Graecis et Latinis agere licet — cum Plautus apud Latinos frequentissime etymologiis in iocis usus esset, Terentius non multo post, qui magis ad mores depingendos attentus esset, ne unum quidem exemplum nobis praebet.

Omnino autem mihi valde iucundum videtur comporationem instituere, quantum ridiculi apud varios variarum gentium variorumque temporum poetas comicos illis tot verborum lusuum generibus, quantum argumentis, moribus ridiculis et aliis eiusmodi rebus debeatur. Quod autem

ad hanc consuetudinem e nominibus ad iocandum materiem capiendi attinet, poetae, qui nonnullis ante nostra recentissima tempora saeculis vixerunt non valde ab antiquis comicis differunt. Sic in Shakspeari comoedia „Merry wiwes“ quam ad hoc propositum comparavi, undecim singulis locis et praeterea tota prima quarti actus scena risus verborum lusibus movetur. Quorum locorum nonnulli de nominibus quoque institutas iocationes continent. Sic. Act. III. Sc. V. ubi Falstaff exclamat. Mistress Ford! I have had ford enough, I was thrown into the ford. I have my belly full of ford. Cfr. Act II. Sc. II. — Act III, Sc. I. In tragoediarum quoque comicis partibus non raro iocis etymologicis usus est. Sic Hamlet Act III, Sc. II. Pol. . . Brutus killed me. Ham. It was a brute part of him etc. Molière contra ut Terentius apud veteres in urbanam suam comoediam, quantum scio, tales iocos fere non admisit; sed plane iis non abstinuit. Tartuffe. Act. V, Sc. IV. Ce monsieur Loyal porte un air bien déloyal — Jean Paul, ut habet interdum aliquid prisci et aviti moris non semper talibus iocis abstinuit. Sic: Flegeljahre. pars II. p. 45. Berolini. Reimer 1827. „Allein Glanz glänzte lieber.“ (Kirchenrath.) *)

Hoc recensu habito nihil obstat, quin locos ipsos afferam. Id modo praemittam, me ex ingenti locorum numero, qui lusus verborum continent, eos modo elegisse et in iis modo etymologias agnovisse, ubi ad acumen rei recte percipiendum necesse est, aut ut nobis obversetur

---

*) Haud iniucundum fore lectoribus puto, me Goethi nostri de hoc argumento iudicum adscribere, qui hunc de nominibus iocandi morem plane alia de causa et — ut mihi videtur — nimis severe vituperat. „Aus meinem Leben.“ pars II lib· X. Herder konnte nicht ein Billet schreiben, um Etwas zu verlangen, das nicht mit

alterum verbum in altero inesse aut ut compositionem alicuius verbi, quod poeta ad veram aut suppositam verbi originem spectans cum vi quadam comica utitur, perspiciamus: E. g. Eq. 78.

ὁ πρωκτός ἐστιν αὐτόχρημ' ἐν Χαόσι·
τὼ χεῖρ' ἐν Αἰτωλοῖς, ὁ νοῦς δ' ἐν Κλωπιδῶν.

ubi Aristophanes vult auditores nomini *Χαόσι* verbum *χαίνω, χάσκω* radicem supponere, nomini *Αἰτωλοῖς* verbum *αἰτεῖν* etc.

Hac descripta in locis eligendis ratione utens e. g. omnes tales locos ut Ran. 740. *ὅςτις γε πίνειν οἶδε καὶ βινεῖν μόνον* aut Equit. 1057 *ἀλλ' οὐκ ἂν μαχέσαιτο· χέσαιτο γάρ, εἰ μαχέσαιτο* exclusi, cum hic praeter rerum ridicularum coniunctionem similis soni modo inexspectato concursu risus moveatur, et non opus sit, nobis obversari verba *βινεῖν* aut *χέσαιτο* aliquo modo verborum *πίνειν* aut *μαχέσαιτο* affinia esse eisque contineri.

I. Comoedia antiqua.

Cratinus. (Meineke) Nemesis. frg. 9. II, 1, p. 84.

Σπάρτην λέγω γε σπαρτίδα τὴν σπάρτινον

---

irgend einer Verhöhnung gewürzt gewesen wäre. So schrieb er mir zum Beispiel einmal:

„Wenn des Brutus Briefe dir sind in Cicero's Briefen,
„Dir, dem die Tröster der Schulen von wohlgehobelten Brettern,
Prachtgerüstete, trösten, doch mehr von aussen als innen,
Der von Göttern du stammst, von Gothen oder vom Kothe,
Goethe, sende mir sie!

Es war freilich nicht fein, dass er sich mit meinem Namen diesen Spass erlaubte; denn der Eigenname eines Menschen ist nicht etwa wie ein Mantel, der blos um ihn her hängt und an dem man allenfalls noch zupfen und zerren kann, sondern ein vollkommen passendes Kleid, ja wie die Haut selbst ihm über und über angewachsen, an der man nicht schaben und schinden darf, ohne ihn selbst zu verletzen."

Versus corruptus est, sed „iocum captari ex ambigua significatione nominis *σπάρτη*, quivis viderit.“ Similiter lusit Aristophanes Av. 814.

Hermippus. Incert. fab. frg. 2. p. 413.

Ὥστε Μαραθῶνος τὸ λοιπὸν ἐπ' ἀγαθῷ μεμνημένοι πάντες ἐμβάλλουσιν ἀεὶ μάραθον εἰς τὰς ἁλμάδας.

Phrynichus. Ephialtes. frg. 2, p. 581.

De nomine Ephialtae agunt versus, sed corruptissimi sunt, ut verba non interpretari possimus.

Aristophanes.

Num Aristophanes de hoc ad nomina respiciendi more idem iudicaverit atque Quinctilianus, cuius sententiam supra. p. 70 adscripsimus: apud tragicos illas etymologias ferri non posse, comicis modo iis uti licere, — quod num Aristophanes quoque arbritratus sit, ea quaestio solvi non potest nisi recta loci unius Ran. 1192 interpretione. Id quidem vix dubitari potest, quin Aristophanis verba: (Oedipus) *εἶθ' ὡς Πόλυβον ἤρρησεν οἰδῶν τὼ πόδε·* ad Euripidis nominis Oedipi originationem, quae in illa fabula, de cuius prologo agitur, inerat et ad quam Euripides Phoen. 27 spectat, referenda sint. Iocosi quoque aliquid in hac allusione inesse probabile est, cum et sequens versus valde iocosus sit: *ἔπειτα γραῦν ἔγημεν αὐτὸς ὢν νέος.* At licet Aristophanes ad notum tragicorum morem iocose alludat, non tamen ex ea re recte coniiciamus, eum hanc tragicorum consuetudinem vituperasse. Si enim sic concluderemus, eo quoque, quod saepius ad sublimitatem sermonis tragici iocose alludit, coniicendum nobis esset, Aristophanem hanc quoque sermonis tragici gravitatem despicere.

Iam locos Aristophaneos affero.

Av. v. 76. 567. 761. 765. 1526. — 179:

Π. οὐχ οὗτος οὖν δήπου 'στιν ὀρνίθων πόλος;
ΕΠΟΨ. πόλος; τίνα τρόπον; Π. ὥςπερ εἴποι τις τόπος.
ὅτι δὲ πολεῖται τοῦτο, καὶ διέρχεται
ἅπαντα, διὰ τοῦτό γε καλεῖται νῦν πόλος.
ἢν δ' οἰκίσητε τοῦτο, καὶ φράξηθ' ἅπαξ,
ἐκ τοῦ πόλου τούτου κεκλήσεται πόλις.

v. 272. *Π. βαβαί, καλός γε καὶ φοινικοῦς.*
Ε. εἰκότως· καὶ γὰρ ὄνομ' αὐτῷ γ' ἐστὶ Φοινικόπτερος.

v. 814. *Σπάρτην γὰρ ἂν θείμην ἐγὼ τῇ 'μῇ πόλει;*
οὐδ' ἂν χαμεύνῃ, πάνυ γε κειρίαν ἔχων.

v. 1154. *ὄρνιθες ἦσαν τέκτονες*
σοφώτατοι πελεκᾶντες, οἳ τοῖς ῥύγχεσιν
ἀπεπελέκησαν τὰς πύλας.

v. 1509, (Pisthetaeros Prometheum alloquitur). *εὖ γ' ἐπενόησας αὐτὸ καὶ προμηθικῶς.*

Equites. 78. *ὁ πρωκτός ἐστιν αὐτόχρημ' ἐν Χαόσι.*
τὼ χεῖρ' ἐν Αἰτωλοῖς· ὁ νοῦς δ' ἐν Κλωπιδῶν.

900. *οὐ γὰρ τόθ' ὑμεῖς βδεόμενοι δήπου 'γενέσθε πυῤῥοί;*
Δ. καὶ νὴ Δί' ἦν γε τοῦτο Πυῤῥάνδρου τὸ μηχάνημα.

1042. *ἐγὼ γὰρ ἀντὶ τοῦ λέοντός εἰμί σοι*
Δ. καὶ πῶς μ' ἐλελήθης Ἀντιλέων γεγενημένος;

1059. *Δ. τί τοῦτο λέγει, πρὸ Πύλοιο;*
Αλ. τὰς πυέλους φησὶν καταλήψεσθ' ἐν βαλανείῳ.

v. 1083. 1187.

1256. *ἐμοὶ δέ γ' ὅτι σοι τοὔνομ', εἶπ'.*
Αλ. . . . Ἀγοράκριτος·
ἐν τῇ 'γορᾷ γὰρ κρινόμενος ἐβοσκόμην.

Vespae. v. 83. 368.

501. *ὅτι κελητίσαι 'κέλευον, ὀξυθυμηθεῖσά μοι,*
ἤρετ', εἰ τὴν Ἱππίου καθίσταμαι τυραννίδα.

v. 771. . . . ἣν ἐξέχῃ
εἵλῃ κατ' ὄρθρον, ἡλιάσει πρὸς ἥλιον.
Ranae. 83. Ἡρ. Ἀγάθων δὲ ποῦ 'στιν;
Δι. ἀπολιπών μ' ἀποίχεται,
ἀγαθὸς ποιητὴς καὶ ποθεινὸς τοῖς φίλοις.
1192. de Oedipo. εἶθ' ὡς Πόλυβον ἤρρησεν οἰδῶν τὼ πόδε.
Quo versu puto Aristophanem ad aliquam Euripidis etymologiam alludere. cfr. p. 74.

Illi quoque loci hinc non ablegandi sunt, quibus verbum aliquod, cum vulgo aliam significationem habeat, sic interpretari cogimur, ut obvia verbi explicatione ducimur. Sic loco Av. 1477. τοῦτο τοῦ μὲν ἦρος αἰεὶ βλαστάνει καὶ συκοφαντεῖ· τοῦ δὲ χειμῶνος πάλιν τὰς ἀσπίδας φυλλοῤῥοεῖ. Ubi cogimur verbum συκοφαντεῖ verbis „ficus producit" interpretari. (Item. Av. 1695. οἳ θερίζουσίν τε καὶ σπείρουσι, καὶ τρυγῶσι ταῖς γλώτταισι, συκάζουσί τε. et Vespae 145 καπνός; φέρ' ἴδω τίνος ξύλου σύ. Phil. συκίνου Quibus duobus locis verbis συκάζουσι et συκίνου ad verbum συκοφάντης alluditur.

Non omnes Aristophanis comoedias perlegi, cum putarem ad propositum nostrum non multum id facere interesse. Habeo enim quod volo: exemplorum allatorum non parvus numerus ad Aristophanis morem modumque, quo etymologiis usus sit, illustrandum sufficit; nova exempla vix aliquid novi allatura esse arbitror, sed acervum collatorum exemplorum cumulatura modo esse.

De mediae et novae comoedia etymologiis.

Magnus fragmentorum comoediae mediae et novae numerus, quamquam sufficit ad naturam ingeniumque illius Graecae poeseos partis illustranda, nos in quaestione nostra non multum adiuvat. At praebent fragmenta nobis nonnullas etymologias, sed non tales, quales in his comoediis permultas infuisse e Plauti fabulis cognos-

cere possumus. Iocis enim de nominibus personarum agentium institutis valde gavisas esse illas comoedias recte coniicendum est e talibus Plauti iocis, quos eum e comoediis Graecis cepisse verisimillimum est, cum in verbis Graecis consistant. Talis autem etymologias nobis in fragmentis comicorum raro occurrere non mirum est, cum tales de nominibus fictis et ignobilibus lusus etymologicos excerpere nullius grammatici interesse possit. Immo sententiae praeceptapue sapientiae, epularum descriptiones, piscium enumerationes, rariora verba et alia eiusmodi fragmentis nobis traditis continentur, ita ut casui dandum sit, si haec illave etymologia in fragmentis nobis se obfert. Quas etymologias afferam, priusquam videamus, num quos e Latina comoedia fructus capere possimus:

Comoedia media.

Antiphanes. (*Ἀλιευομένη*) frg. 1, p. 12. Meineke III.

v. 10. *ἔδεσμα τοῦ καλοῖ Καλλισθένους*
forte huic loco paretymologia subest.

p. 55. (*Θάμυρας*)
*καὶ σοῦ**) *γ' ἐπώνυμός τις ἐν φήμαις βροτῶν*
Θρῄκης κατάρδων ποταμὸς ὠνομασμένος,
Στρυμών, μεγίστας ἐγχέλεις κεκτημένος.

p. 129 (*Φιλομήτωρ*)
Ἔμμητρον ἂν ᾖ τὸ ξύλον, βλάστην ἔχει.
Μητρόπολίς ἐστιν οὐχὶ Πατρόπολις πόλις,
Μήτραν τινὲς πωλοῦσιν ἥδιστον κρέας.
Μητρᾶς ὁ Χῖός ἐστι τῷ δήμῳ φίλος.

p. 137. (fabul. incert.)
Φαινίνδα παίζων ᾖεν ἐς Φαινεστίου

---

*) De Strymone rege sermo est.

Anaxilas. p. 350. frg. II (*Νεοττις*).

Alexis. p. 387. frg. I (*Ἀμφωτίς*.) — p. 468, frg. 1.

Ὁ συκοφάντης οὐ δικαίως τοὔνομα
ἐν τοῖσι μοχθηροῖσίν ἐστι κείμενον.
ἔδει γὰρ ὅστις χρηστὸς ἦν ἡδύς τ' ἀνὴρ
τὰ σῦκα προςτιθέντα δηλοῦν τὸν τρόπον.
νυνὶ δὲ πρὸς μοχθηρὸν ἡδὺ προςτιθὲν
ἀπορεῖν πεποίηκε διὰ τί τοῦθ' οὕτως ἔχει

Comoedia nova.

Philemon. Meineke IV, p. 51. (fab. incert) frg. 48.

Οὐκ ἔστιν ἡμῖν οὐδεμία τύχη θεός,
οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ ταὐτόματον, ὃ γίγνεται
ὡς ἔτυχ' ἑκάστῳ, προςαγορεύεται τύχη.

Archedicus. p. 435.

Νικοστράτην τίν' ἤγαγον πρώην σφόδρα
γρυπήν, Σκοτοδείνην ἐπικαλουμένην, ὅτι
δεῖνόν ποτ' ἦρεν ἀργυροῦν ἐν τῷ σκότῳ.

Xeno. poeta incerti temporis. p. 596.

Πάντες τελῶναι, πάντες εἰσὶν ἅρπαγες,
Κακὸν τέλος γένοιτο τοῖς Ὠρωπίοις.

Nobis ad Latinam comoediam conversis, num quid a comicis Latinis de hac re discere possimus, observatio notatu digna obfertur. Perlectis enim Terenti quattuor fabulis, quae Menandri sunt, cum nullam in his etymologiam invenerimus, forte credamus in causa fuisse, Terentium apud Menandrum nullas legisse. Tum autem eas Plauti comoedias legentes, quae eiusdem Menandri sunt, cum expectemus, eas quoque etymologiis vacuas fore, miramur, tam saepe nos in hos lusus incidere et in tales quidem, quos maxime verisimile est, Menandro deberi, cum in verbis Graecis consistant, ut nulla alia comoedia frequentiores nobis praebeat. Sic. Bacch. (ed. Ritschl) II, 3 v. 240 opus est *χρυσῷ* Chrysalo. Stichus

(ed. Bothe) II, 1 v. 20. Gelasimo nomen mi indidit parvo pater, Quia inde iam a pauxillo ridiculus fui. II, 1. v. 85. Cr. Gelasime salve. Ge. Non id est nomen mihi. Cr. Certo mecastor id fuit nomen tibi. Ge. Fuit disertim; verum id usu perdidi; Nunc Miccotrogus nomine ex vero vocor. IV, 2, 50. Dum parasitus mi atque patri fuisti, rem confregimus. Nunc ego mihi nolo ted e Gelasimo Catagelasimum. II, 1, 113. „Sed eccum Pinacium, eius puerum! Hoc vide! Satin ut facete atque ex pictura adstitit?" — Hunc iocum permultos ex auditorio Latino non perspexisse puto. — II, 3, 58. Gelas. Eugepae: Quando adbibero, adludiabo. Tum sum ridiculissumus. v. 63. P. Post autem advexit secum, parasitos, ... Gel. Heu, perii miser! P. Ridiculissumos. IV, 2, 54. Gelasimus se ipse alloquens: „Vides, benignitates hominum ut periere et *προθυμίαι*: Vides ridiculos nihili fieri atque ipsos parasitarier."

Sunt quoque in his duobus fabulis etymologiae, quae docent Plautum de suo quoque nonnulla hac in re prompsisse: Bacch. II, 3, 50." Adeon' me fuisse fungum, ut qui illi crederem, Quom mi ipsum nomen eius Archidemidis Clamaret, demturum esse, si quid crederem!" — Hic iocus Latini poetae est. —

Illis Plauti locis nisus meo iure iudicare mihi videor, Menandrum minime ab his lusibus etymologicis alienum fuisse, sed Terentium quos iocos etymologicos apud Menandrum repperit in transferendo omisisse.

Restat, ut quaeramus qua re motus Terentius id fecerit. Potuit causa esse, quod noluit ut Plautus graecis verbis ad nomina alludere aut latinis verbis nomina Graeca explicare. Varro quidem vehementur hunc veterum poetarum Latinorum morem ad significationem nominum Graecorum ostendendi vituperat in Ennio L. L. 7, 82. „Apud Ennium „Andromachae nomen qui indidit, recte

indidit“ imitari dum voluit Euripidem et ponere ἔτυμα est lapsus. nam Eeripides quod Graeca posuit, ἔτυμα sunt aperta. ille ait, ideo nomen additum Andromachae quod ἀνδρὶ μάχεται. hoc Ennii quis potest intelligere viro adversum significare. . . . ?“ Id quod Varro iudicat, etiam Terentium sensisse probabile est. Si autem Terentius aeque ac Varro iudicavit, non modo etymologias, quas apud Menandrum invenit, praetermittere coactus erat, sed etiam quin de suo alias induceret, impeditus erat, cum Graeca modo nomina personis suis inderet. Id ei reliquum erat, ut nomina Graeca, quasi Latina essent, ad etyma Latina reduceret, quod Plautus interdum fecit (Epidamnus — damnum. Menaechn. ed. Brix. v. 264. 268. Archidemides — demo. Bacch. II, 3. 50. ed. Ritschl. — Sceledre sceler. Mil. Glor. II, 6, 494. ed. Ritschl). Sed hoc quoque Terentium non probasse haud incredibile est. — Potuit alia quoque causa aut ambabus ductus Terentius etymologiis et propriis et alienis plane abstinere. Forte enim viro urbano eruditoque indigni tales lusus visi sunt. Nempe id studuit Terentius, ut omnes scurrilos iocos procul a comoediis suis amoveret (cfr. Proleg. Heautontimorum. v. 37). In quibus, cum iudicaret, illos iocos quoque ponendos esse et eos, quos apud Menandrum Apollodorumque invenit, omisit neque novos ipse fecit. Cui coniecturae id quoque favere videtur, quod omnino omnia verborum lusuum genera apud Terentium exemplis carent, nam tales locos ut Heautontim. V, 8, 14. „haec dum incipias, gravia sunt, dumque ignores: ubi cognoris, facilia.“ aut Andria I, 3, 13. „Nam inceptio est amentium, haud amantium.“ vix in verborum lusibus ponere possumus. — Id unum modo huic posteriori coniecturae adversatur, quod difficile est credere, Terentium sic totam antiquitatem, etiam Ciceronem et Quinctilianum, iudici elegantia superasse,

ut, cum omnes talibus iocis faverent, solus eos repudiaret. — At forte minime accidit, ut Terentius nulla etymologiarum exempla praebeat, immo res ad certam causam reducenda est. —

De etymologiis, quae in Alexandrinorum aequaliumque poesi et epica et didactica inveniuntur.

Si totum Graecae poeseos ingenium, quale Alexandrinorum aetate fuerit, perpendimus, id mirari vix possumus, quod etymologias frequentissimus offendimus. Ut enim de Callimacho taceam, cuius docta consilia, quae in carminibus condendis secutus est, notissima sunt, cum e parte vel carminum titulis, ut *Αἴτια*, prodantur, — num etiam Apollonius Rhodius, qui se modum rationemque poetarum aequalium despicere posse putavit, multum ab illis doctis studiis discessit? Nonne in omni fere pagina originem alicuius moris aut usus, templi aut arae, nominis aut significationis explicat? Ut afferam modo e. g. *α*, 1138. 1354. 1061. *β*, 528. *δ*, 1725. 1768. *α*, 960. 1019. 1148. 988. 591. 1076. 1056. *β*, 704. 719. 808. 845. 848. 931. 938. 852. 855. *δ*, 250. 481. 515. 565. 569.

Quae sit „Argonauticorum“ indoles iam inde apparet, quod iter heroum Colchos petentium et errores domum revertentium primum, secundum, quartum librum complent, cum id, quod maximum esse debuit, in tertium librum compressum sit. Nimirum sic rem instituit, quod in itinere erroribusque depingendis multo maior occasio erat scientiae depromendae!

Paretymologiae quoque, quae inveniuntur, idcirco a poetis adhibitae esse mihi videntur, ut quam brevissime, quam paucissimis verbis docerent, cum apud Homerum antitheseos forma elatae rhetorici aliquid et poetici in se

habeant. Cuiusmodi paretymologiae raro modo apud hos poetas inveniuntur, ut Apoll. Rhod. B, 1133. *ἀλλ' ἱκέτας ξείνους Διὸς εἵνεκεν αἰδέσσασθε Ξεινίου Ἱκεσίου τε. Διὸς δ' ἄμφω ἱκέται τε καὶ ξεῖνοι.* aut. Theocrit. XXI. (Ahrens) v. 25.

ἐς Θήβας δ' ἀφίκοντο πεφυρμέναι αἵματι πᾶσαι, ἐξ ὄρεος πένθημα καὶ οὐ Πενθῆα φέρουσαι. et forte XX. 75. *Ἦ ῥ' Ἄμυκος, καὶ κόχλον ἑλὼν μυκήσατο κοίλην.*

Hoc unum porro de his poetis et magis etiam de Nonno, Orpheo, Tetza monendum esse mihi videtur, nos multo maiore cum iure apud eos paretymologias agnoscere posse, si verba similis soni composita reperimus, quam apud Homerum. Viri enim docti illorum temporum, quibus studia grammatica florebant, et multo etiam ineptius posteriores, ut supra p. 10. 11. diximus, tales etymologias apud Homerum vel in locis esse voluerunt, ubi iis aut assentiri vix possumus, ut Aristarcho *Z*, 201 aut vehementissime resistere debemus. Quod credo, non vidissent apud Homerum, si aut ipsi aut poetae illorum temporum talia non fecissent. Qua ratiocinatione fulcior in Apollinis locis B. 377, *δ*, 1692 paretymologias vindicans.

δ, 1692.

αὐτίκα δὲ Κρηταῖον ὑπὲρ μέγα λαῖτμα θέοντας
νὺξ ἐφόβει, τήν πέρ τε κατουλίδα κικλήσκουσιν.
νύκτ' ὀλοὴν οὐκ ἄστρα διίσχανεν, οὐκ ἀμαρυγαὶ
μήνης. οὐρανόθεν δὲ μέλαν χάος, ἠέ τις οὔλη
ὠρώρει σκοτίη μυχάτων ἀνιοῦσα βερέθρων.

β, 377.

ἄγχι δὲ ναιετάουσι πολύῤῥηνες Τιβαρηνοί quem versum Dionysius Perig. v. 767 imitatur: *Τῶν δ' ἄγχι πολύῤῥηνες Τιβαρηνοί.*

Etymologiarum ipsarum, cum singulae per se indignae sint, quae perlegantur, nonnullas modo, ad quas aliquid

adnotandum est aut quae aliis commemorabiliora sunt, totas adscribam, cum ceterarum locos indicare satis habeam.

Callimachus.

(Schneider. frg. 37) (*Γαλάτεια*) *Ἢ μᾶλλον χρύσειον ἐν ὀφρύσι ἱερὸν ἰχθύν. Χρύσοφρυν* piscem his ambagibus — ut amant interdum poetae res talibus circumscriptionibus significare — depingere vult. cfr. Eratosthenes. Düntzr. p. 37. frg. 5.

(*Ἑκάλη*). Initium carminis originationem nominis „*Ἑκάλη*" continuisse videtur. cfr. Schneider. Callimachea II, p. 177. *οὕνεκα πρόφρων πτωχοὺς εἰς ἓ καλεῖ.* — Aliae Callimachi etymologiae leguntur: frg. 17 (Schneider) frg. 61. 139. 184. 213.

Hymni (ed. Ernesti.)

εἰς τὸν Δία. 44. 50. *εἰς Ἄρτεμ.* 196. 204. *εἰς Δῆλ.* 36. 53.

Epigr. *έ.* v. 5.

Εἰ δὲ γαληναίη λιπαρὴ θεός, οὖλος ἐρέσσων
Ποσσίν, ἵν' ὥσπερ καὶ τοὔνομα συμφέρεται

Omnino epigrammatum acumini hoc argutum verborum lusuum genus aptissimum est. In quo genere conspicua sunt duo Empedoclis epigrammata, quae apud Bergkium in Empedoclis fragmentis legimus.

I.

Ἄκρον ἰητρὸν Ἄκρων', Ἀκραγαντῖνον πατρὸς ἄκρου,
κρύπτει κρημνὸς ἄκρος πατρίδος ἀκροτάτης.

II.

Πανσανίην ἰητρὸν ἐπώνυμον, Ἀρχίτου υἷον,
φῶτ' Ἀσκληπιάδην πατρὶς ἔθρεψε Γέλα.

Simonides Ceus. frg. 165.

Σῶσος καὶ Σωσὼ σωτήρια τόνδ' ἀνέθηκαν,
Σῶσος μὲν σωθείς, Σωσὼ δ' ὅτι Σῶσος ἐσώθη.

Eratosthenes. Düntzer p. 37. frg. 4.
frg. 5.

ἢ δρομίην χρύσειον ἐπ' ὀφρύσιν ἱερὸν ἰχθύν.

cfr. Callimach.

Euphorio. (*Φιλοκτήτης*) Meineke frg. 40. Meineke frg. 28. (*Ξένιος.*) Schol. Apoll. II, 354. (v. Heraclea) *Ἡρόδωρος δὲ καὶ Ἐ. ἐν τῷ Ξενίῳ φασὶ τὸν Κέρβερον ἀνῆχθαι ὑπὸ Ἡρακλέους καὶ ἐμέσαι χολὴν, ἐξ ἧς φυῆναι τὸ καλούμενον ἀκόντιον φάρμακον* Ael. Promot. apud Schneid. Nic. Alex. p. 632. *Λόφος δέ ἐστιν ἐν Ἡρακλείᾳ οὕτω καλούμενος Ἀκόναι, ὡς ἱστορεῖ Θεόπομπος καὶ Ἐ. ἐν Ξενίῳ.* Zonar. Etym. Gud. et Suid. v. *Ἀκόντιον. Εὐφ λέγει τὴν βοτάνην, ἣν οὐδεὶς δύναται κονίσαι, ὅ ἐστι νικῆσαι.* Verisimile est apud Euphorionem sic rem se habuisse: Herculem forte collem aliquem ascendisse, cum e felle quod Cerberus spuisset, nova herba crevisset, quam a *κονίσαι* nomen *ἀκόντιον* traxisse, collem autem ab herba nomen „*Ἀκόναι*“ accepisse. — Meineke frg. 56. Düntzer. p. 57. frg. 48.

Meineke. Analect. Alexandrin. p. 100 duos versus, quorum auctor non nominatur, in Euphorionis fragmentis collocat.

Τὸν μὲν καὶ Περσῆα μετεκλήϊσσαν Ἀχαιοί,
οὕνεκεν ἄστεα πέρσεν ἀπειρεσίων ἀνθρώπων.

Meineke frg. 117. *Νάξος νῆσος τῶν Κυκλάδων ἡ διάσημος ἀπὸ τοῦ Νάξου Καρῶν ἡγεμόνος· ἄλλοι δὲ ἀπὸ Νάξου τοῦ Ἐνδυμίωνος· Εὐφ. δὲ παρὰ τὸ νάξαι, ὅ φασι θῦσαί τινες.* pro *θῦσαι* Meineke *βῦσαι* legere vult. Meineke frg. 66.

Ὀρχομενὸν Χαρίτεσσιν ἀφαρέσιν ὀρχηθέντα

De hac paretymologia idem dicendum est ac de Apollonii loco *δ*, 1692. cfr. p. 82. Nempe quam brevissime Euphorio docere vult Orchomenum urbem a verbo *ὀρχεῖςθαι* nomen traxisse. Meineke frg. 61. 108. 130. 139.

Apollonius Rhodius.

(*Κνίδης κτίσις*). Düntz. p. 65./66.

Argonautica. *α*, 403. — 623. — *β*, 295.

. . . . . . *β*, 378. (De Mossynoecis) . . . *τεκτήναντες κάλινα καὶ θαλάμους εὐπηγέας, οὓς καλέουσιν μόσσυνας· καί δ' αὐτοὶ ἐπώνυμοι ἔνθεν ἔασιν.*

Item Dionysius Perieget. v. 765 ad nomen *Μοσσύνοικοι* alludit.

Μάκρωνες, Φίλυρέ τε, καὶ οἳ μόσσυνας ἔχουσι.

β, 508. — 712. — 688. — 748. — 906. — *γ*, 1. — 245. — *δ*, 518. — 982. — 1714. — 1715. — 1759. Apollonii paretymologias supra. p. 82 attuli.

Rhianus Cretensis.

(*Ἡράκλεια*) Locum valde corruptum ita a manu scriptoris profectum esse Meineke (Anal. p. 179) arbitratur: *Ἀσέληνα ὄρη οὕτω καλούμενα παρὰ τὴν Τραχῖνα, ἅπερ οἱ μὲν παρὰ . . . . . λέγουσι εἰρῆσθαι ὡς Ῥιανός, Νίκανδρος δὲ τοῖς Αἰτωλικοῖς ὅτι, φησίν, ἐν αὐτοῖς τῆς Σελήνης τῷ Ἐνδυμίωνι συγκαθευδούσης σανέβαινε τοὺς ἄλλους τόπους ἀσελήνους εἶναι.* Ita ut Rhiani nominis originationem excidisse videri debeat.

(*Ἀχαϊκά*) Düntz. p. 68/69. frg. 1. — p. 70. frg. 4. *Ηλιακά*) — frg. 5. — (*Θεσσαλικά*) frg. 6. — frg. 18. — Düntz p. 72. frg. 24.

Nicauder Colophonius.

(*Ἑτεροιούμενα*) Antonin. Liberal. XXII in Schneideri editione Nicandri. — Schneider p. 50. Ant. Lib. XXIII.

— Schneider. p. 53. Ant. Lib. XIII. . . . *θέμενος αὐτῷ Μελιτέα ὄνομα διότι ἀπὸ μελισσῶν ἐτράφη.* . . . Schneider. p. 54. Ant. Lib. XVII. *καὶ θύουσι Φυτίῃ Λητοῖ, ἥτις ἔφυσε μήδεα τῇ κόρῃ, καὶ τὴν ἑορτὴν Ἐκδύσια καλοῦσιν, ἐπεὶ τὸν πέπλον ἡ παῖς ἐξέδυ.* — Schneid. p. 64. Ant. Lib. XXVII. — Schneid. p. 69. Ant. Lib. XL. Non potest pro certo affirmari hanc quoque fabulam e Nicandro haustam esse. —

Frg. incertae sedis. Düntz. p. 82. frg. 5. —

Theriaca. v. 500 sq. — v. 678. — 508. — 554. — 632. — 747.

Alexipharmaca. v. 98. — 102. — 344.

Aratus. (*Φαινόμενα*) v. 36. — v. 218. — v. 328. — v. 390. — v. 543. — Semel ad nomen *Δίκης* per paretymologiam rhetoricam respicitur. v. 113.

Μυρία πάντα παρεῖχε, Δίκη δώτειρα δικαίων.

Theocriti, Bionis, Moschi carmina his doctis lusibus etymologicis libera sunt. Bis modo Theocritus paretymologiis illus poetici rhetoricique generis usus est. cfr. nos. p. 82.

Ctesias. (*Περσηΐς*).

Περσέως Μέδουσαν ἀποκτείναντος Σθενὼ καὶ Εὐρυαλεὼς τῆς προειρημένης ἀδελφαὶ τῆς πεφονευμένης τὸν ἐπίβουλον ἐπεδίωκον· γενόμεναι δὲ κατὰ τοῦτον τὸν λόφον καὶ ἀπελπίσασαι τῆς συλλήψεως διὰ τὴν συμπάθειαν μυκηθμὸν ἀνέδωκαν. οἱ δ' ἐγχώριοι τὴν ἀκρώνειαν ἀπὸ τοῦ συγκυρήματος Μυκήνας μετωνόμασαν.

Demosthenes.

Ολιζὼν πόλις Θεσσαλίας — Θεσσαλοὶ γάρ, ὡς ἱστορεῖ Δ. ἐν κτίσεσι, τὸ μικρὸν ὄλιζον καλοῦσιν.

Theodotus. Düntzer p. 94.

Sostratus. (poeta incerti temporis, quem Bergkius

II, p. 679 in recentissimis ponit) in carmine elegiaco: *ἐπιθαλάμιον τῶν Θέτιδος γάμων* haec habuit:

Παιδνῷ δ' οὔνομα θῆκε Πυρίσσοον, ἀλλ' Ἀχιλῆα
Πηλεὺς κίκλησκεν χείλεος εἵνεκά μιν
Κείμενον εἰνὶ κόνει, σποδιῇ ἐνὶ πῦρ ἀπάμερσε
χείλεος αἰθομένου ἀπροφατῶς ἑτέρου.

De etymologiis, quas Oracula Sibyllina exhibent.

Quamquam inter antiquissima et recentissima carmina Sibyllina spatium fere quingentorum annorum interesse subtiles curiosaeque Friedliebi disputationes nos docent, tamen omnia simul hoc uno loco tractare mihi visum est, ne distraham, quae ingenio indoleque coniuncta sint.

Etymologiarum, quae in his carminibus reperiuntur, triplex ratio est. Sunt enim primum in iis tales etymologiae, quae docendi causa afferuntur. Tum secundum genus iis etymologiis constituitur, quibus hi Sibyllinorum vates utuntur, ut iis nomina velent, cum carmina sua — ut praesagia decet — caligine quadam mystica operire velint. — Loci, qui sub primum genus cadunt, hi sunt: *α*, 81.

Ἅιδην δ' αὖτ' ἐκάλεσσαν, ἐπεὶ πρῶτος μόλεν Ἀδὰμ
Γευσάμενος θανάτου, γαῖα δέ μιν ἀμφεκάλυψε.

α, 97. 262. 285. *γ*, 24:

Αὐτὸς δὴ Θεός ἐσθ' ὁ πλάσας τετραγράμματον Ἀδάμ,
Τὸν πρῶτον πλασθέντα, καὶ οὔνομα πληρώσαντα
Ἀντολίην τε δύσιν τε μεσημβρίαν τε καὶ ἄρκτον,

γ, 102 ad etymologiam, quam Genes. 11, 9 legimus, spectat. — *γ*, 148:

. . . *Καὶ ἔπειτα Ῥέη τέκεν ἄρσενα παῖδα,*
Τὸν ταχέως διέπεμψε, λαθρηϊδίῃ δὲ τρέφεσθαι,
Ἐς Φρυγίην, τρεῖς ἄνδρας ἐνόρκους Κρῆτας ἑλοῦσα.
Τοὔνεκα οἱ Δί' ἐπωνομάσανθ' ὅτι οἱ διεπέμφθη.

γ, 405.

De genere secundo id addam. non modo etymologiis, sed etiam literarum numerorumque aenigmatibus e. g. *α*, 326 hos poetas usos esse, ut nomina magis velarent. Cui studio hae etymologiae inserviunt: *η*, 52 — *ϑ*, 38 (Psammetichus).

Ἑβραίοις δ' ἄρ' ἔπειτα μέγας βασιλεὺς μεγάθυμος
Ἄρξει ἐπ' Αἴγυπτον, ψαμμαθώδεος οὔνομ' ἔχων τι.

ι, 159. — *ι*, 163. — *ι. β.* 307. — *ι. β.* 246.

Tertium genus e paretymologiis constat, quibus per antitheses elatis nullus alius poeta tanta cum vi rhetorica usus est. Fluunt autem omnes ex ore vaticinantis et a deo incitatae Sibyllae. *γ*, 363.

Ἔσται καὶ Σάμος ἄμμος, ἐσεῖται Δῆλος ἄδηλος,
Καὶ Ῥώμη ῥύμη· τά δὲ θέσφατα πάντα τελεῖται.

similiter *δ*, 91 et *η*, 165.

ϑ, 236. *καὶ τότε μεμφέσθω Μέμφις τοῖς κοιρανέουσιν.*
ι, α. 139. *Ὦ Λύκιοι, Λύκιοι, λύκος ἔρχετοι αἷμα λιχμῆσαι.*
forte et *ι, β.* 169 paretymologia agnoscenda est.

Oppianorum

carmina didactica, ut expectandum erat, non paucas etymologias continent. a) Cynegetica. 1, 316. — 2, 159. — 2, 293. b) Halieutica. 1, 133. — 1, 158. — 1, 169. — 1, 182. — 1, 185. — 1, 186. — 1, 243. — 1, 256. — 1, 340. — 1, 371. — 1, 377. — 1, 590. — 1, 770. — 2, 130. — 2, 190. — 2, 204. — 2, 428. — 3, 152.

Paretymologiae, quarum nonnullas haec cannina exhibent, partim docto studio, partim rhetorico aut ambobus studiis simul debentur. Cyneg. 2, 153.

ὅν ποτε Πριαμίδῃσιν ἀμυνέμεναι πελάσαντα
θαρσαλέος πόσις ὦκα δαμάσσατο Δηϊδαμείης —

Quo loco tantum ad antithesin efficiendam nomen Achillis verbis *πόσις Δηϊδαμείης* circumscriptum esse puto.

Conferas velim similem Homeri locum *Δ*, 354, de quo supra p. 39 plenius disputavi.

4, 112. *Αὐτὰρ ἐϋρρείταο παρ' ὄχθαις Εὐφρήταο.*

Hal. 1, 180. *τηλοῦ ἀπὸ τραφερῆς, οὐδ' ἤόσιν εἰσὶν ἑταῖροι,*
θύννοι μὲν θύνοντες.

5, 6 . . . . . *πολυμῆτα Προμηθεύς.*

Aucup. (Paraphr. Eutecni) 2, III. IX. X. XVI.

Anonymi carmen de herbis. v. 42. 120. 154.

Quintus Smyrnaeus

nullam certam etymologiam nobis praebet. Quod mirum videri debet reputantibus, quam omnes, qui ante fuerunt poetae epici etymologias amaverint. At nolim putare Quintum etymologias omnisisse quod vidit sensitque, quid vere poeticum esset, quid non, sed casu id factum esse malim.

Forte loco v. *α*, 818 paretymologia agnoscenda est:
. . *ὁ δ' ἔγχεϊ Πενθεσιλείης*
βλήμενος Ἀργείοισι λυγρὸν περικάββαλε πένθος.
ε, 338. *αἱ δὲ μέγα σκύζοντο Προμηθέϊ μητιόεντι.*

Verisimile est Neoptolemum *ϑ*, 283 ad nomen suum respicere:

τεθναίην γὰρ μᾶλλον, ἢ ἀπτόλεμος καλεοίμην.

Dionysius Periegetes

In carmine suo geographico, ut toti carminis indoli consentaneum est, non paucas etymologias habet.

v. 261. — 280. — 465. — 526. — 543. — 641. — 765. — 870. — 940. — 1151. — 1159.

Paretymologias, quae hic quoque sic discernendae sunt, ut saepius feci, his locis agnoscam:

v. 285. *λευκά τε φῦλα νέμονται ἀρειμανέων Γερμανῶν·*

v. 767. *Τῶν δ' ἄγχι πολύρρηνες Τιβαρηνοί.* cfr. Apoll. Rhod. *β*, 377. vide nos p. 82. v. 872. cfr. *Z*, 201. p. 40. v. 231,

De etymologiis, quae in carminibus Orphicis insunt.

Primum quod Argonautica attinet auctor eorum Apollonii Rhodii carmen excerpsisse atque compilasse videtur cuius rei extra multa alia hae duae etymologiae documento esse possunt, quas legimus in versibus 733 et 1366 Ceterum de istius carminis tam miseri atque macri etymologiis nihil addendum est. Loci sunt: v. 15. — v. 733. — v. 1366. —

Iam vertamur ad fragmenta Orphica et ad hymnos. Haec verborum explicationibus tument, et iustis etymologiis et magis etiam paretymologiis, quae hic omnes doctrinae inserviunt. Speciminis causa nonnulla exempla adscirbam.

Hym. 29, 16. *Φερσεφόνεια φέρεις γὰρ ἀεὶ καὶ πάντα φονεύεις.*

6, 8. *λαμπρὸν ἄγων φάος ἁγνόν, ἀφ' οὗ σε Φάνητα κικλήσκω,*
ἠδὲ Πρίηπον ἄνακτα, καὶ Ἀνταύγην ἑλίκωπον.

34, 24 (Apollo). *ἔνθεν ἐπωνυμίην σε βροτοὶ κλῄζουσιν ἄνακτα*
Πᾶνα, θεὸν δικέρωτ' ἀνέμων συρίγμαθ' ἱέντα·
οὕνεκα παντὸς ἔχεις κόσμου σφρηγῖδα τυπῶτιν.

in fragmentis legimus. Herm. Orph. p. 495.

Ἔστιν δὴ πάντων ἀρχὴ Ζεύς. Ζεὺς γὰρ ἔδωκε,
ζῶά τ ἐγέννησεν· καὶ Ζῆν' αὐτὸν καλέουσι,
καὶ Δία τ' ἠδ', ὅτι δὴ διὰ τοῦτον ἅπανια τέτυκται.

Hanc etymologiam conferas velim cum illa Sibyllinorum (p. 87), quae et ipsa hoc nomen per *διὰ* explicat,

sed quantum causis cur sic sit nominatus Iuppiter differunt! Qua in re memorabile est, e diversis nominis causis, quas afferunt, diversum utriusque poetae consilium cognosci posse atque intellegi, quam contraria uterque de diis senserit.

Herrmann. frg. 52. . . . . *τὸν δὲ καλέουσι Φάνητα*
ἀθάνατοι, ὅτι πρῶτος ἐν αἰθέρι φαντὸς ἔγεντο.

p. 78. apud Düntzer. *Κούρους δ' Οὐρανίωνας ἐγείνατο*
πότνια Γαῖα,
οὓς δὴ καὶ Τιτῆνας ἐπίκλησιν καλέουσιν,
οὕνεκα τισάσθην μέγαν Οὐρανὸν ἀστερόεντα.

Hermann. frg. 4. 7. 50. Orphei frg. inedit. frg. 9. (?) Düntz. p. 84. frg. 13.

Paretymologiarum haec exempla afferam. Hym. 11, 1.
Πᾶνα καλῶ κρατερόν, νόμιον, κόσμοιο τὸ σύμπαν,
οὐρανόν, ἠδὲ θάλασσαν, ἰδὲ χθόνα παμβασίλειαν.

16, 6. (8) — 18, 4 — 25, 1 et 6.
πάντα γὰρ ἐν Πρωτεῖ πρώτη φύσις ἐγκατέθηκεν.

28, 6 (Hermes) *ἑρμηνεῦ πάντων.* 38, 21. — 47, 6 — 48, 2. — 77, 3. 6. — In fragmentis legimus. Herm. Orph. p. 486. frg. 28. v. 1.
Ἑρμῆς δ' ἑρμηνεὺς τῶν πάντων ἄγγελός ἐστιν.

p. 492. frg. 34. p. 501. frg. 51. frg. 28, 9. 29, 5.

Quod *Λιθικά* attinet, nihil de istius carminis didactici etymologiis dicendum est. v. 192. — 195. — 199. — 612. — 749. (*πέτρη*),
τῆς οὔνομα χροίῃ τε πέλει χλοεροῖο πράσοιο.

Hic ex illo poetarum more, quem saepius notavimus per circumscriptionem etymologicam lapis aliquis, quem Gesnerus *χρυσόπρασον* esse vult, significatur.

De Nonni etymologiis disputatio.

Si quis recte de Nonni etymologiis iudicare vult, prius totam Nonniani sermonis indolem spectet atque

perpendat necesse est. Sermo autem nostri poetae facillime a sermone omnium aliorum poetarum epicorum discerni potest. Id enim summo studio atque fervore appetiisse videtur, ut argute loquendo plausum legentium captaret, de qua re supra p. 20 et p. 30 plenius disserui, ut nunc ad eos locos lectorem referre possim. Idem autem consilium, e quo illae vocum repetitiones enatae sunt, origo fuit illarum permultarum paretymologiarum, quae ubique poetam nostrum inspicienti occurrunt. Singulae quidem paretymologiae non vituperandae sunt recteque locos suos tenent, sed non modeste et parce adhibet eas noster, sed nimis frequenter, ut artem suam aciemque ingenii admiremur.

(Köchly) 5, 289 (Actaeon) *Ἀγρέος αἷμα φέρων ἀπεμάξατο πάτριον ἄγρην.*

23, 73. *αἰδόμενος μετὰ δῆριν ἰδεῖν ἔτι Δηριαδῆα.*
25, 151. *χάλκεον ἔγχος ἔπαλλε καὶ ἔπλετο Παλλὰς Ἀθήνη.*
28, 240. *ὑψινεφὴς ἐλάτην περιμήκετον εἶχεν Ἐλατρεύς.*
28, 271. *Δαμνεὺς μὲν πολέμιζεν ἀνάρσια φῦλα δαμάζων.*
28, 278. *Πρυμνεὺς εὔδιος ἦλθεν, ἅτε πρυμναῖος ἀήτης.*
30, 99. *μηδὲ μόρον Μορῆος ἅμα κλαύσειεν Ὀρόντῃ.*
35, 140. *οὐ νέμεσις, Μορρῆα τὸν εὐπήληκα μαχητὴν χάλκεον ἔγχος ἔχειν ἐνὶ παστάδι Χαλκομεδείης.*
41, 171. *ἄρσενα μαῖαν ἔχουσα δικασπόλον υἱέα Μαίης·*

40, 209. locus memorabilis, cum Nonni dicendi genus optime illustret.

εἴην Νηιάδεσσι ὁμέστιος, ὅττι καὶ αὐτὴν
Λευκοθέην ζώουσαν ἐδέξατο Κυανοχαίτης,
καὶ μία Νηρεΐδων κικλήσκεται, ἀντὶ δὲ λευκῆς
ἄλλη κυανοπέζα φανήσομαι ὑδριὰς Ἰνώ.

1, 396. 3, 374. 5, 465. 12, 97. 12, 101. 14, 82. 14, 91. 14, 398. 18, 125. 246. 19, 235. 21, 89.

23, 254. 25, 144. 24, 70. 26, 94. 359. 27, 91. 265. 28, 172. 187. 195. 228. 252. 313. 29, 185. 234 cfr. 14, 398. 29, 270. 30, 108. 31, 79. 32, 137 et 33, 11 (?) 32, 223. 293. 36, 98. 37, 647. 41, 332. 42, 371. Dubito num ad nomen *Σελήνη* Nonnus respiciat locis 1, 174. — 2, 189. — 4, 136. — 6, 335. — 10, 192. — 16, 18. — 22, 58 e. g. 4, 136 *ὅλη σελάγιζε Σελήνη*. Forsan in versu 48, 138 duplex paretymologia est: *Παλλήνη δ' ἐρόεσσα πάλης τεχνήμονι παλμῷ*.

Si ad iustas etymologias transimus, non multo minor numerus earum nobis se obfert, quae fere omnes e docto studio fluxerunt. — Omnino id tenendum est, quod ex omnibus horum poetarum ab Alexandrinis usque ad Nonnum exemplis intellegere potuimus, haec duo studia et rhetoricum et doctum, quae totam illorum temporum poesin Graecam suo colore affecerunt, etymologias quoque suo usui subiecisse. — 3, 275. — 3, 284. — 5, 70. — 5, 76. — 5, 215 cfr. 229. 262. 268. — 5, 554. — 5, 475.

9, 18. *κικλήσκων Διόνυσον, ἐπεὶ ποδὶ φόρτον ἀείρων*
ἤιε χωλαίων Κρονίδης βεβριθότι μηρῷ,
νῦσος ὅτι γλώσσῃ Συρακόσσιδι χωλὸς ἀκούει.
καὶ θεὸν ἀρτιλόχευτον ἐφήμισεν Εἰραφιώτην,
ὅττι μιν εὐώδινι πατὴρ ἐρράψατο μηρῷ.

10, 76. — 12, 360. *καὶ βοέοις ἀρύοντο κεράασιν ἀντὶ κυπέλλων*
μήπω φαινομένων, ὅθεν ὕστερον ἐξέτι κεῖνον
θέσκελον οὔνομα τοῦτο κεραννυμένῳ πέλεν οἴνῳ·

34, 115. — 13, 99. — 13, 77. — 13, 124. — 13, 203. — 13, 468. — 14, 75. — 14, 74. — 16, 404. — 18, 75. — 25, 440. — 38, 151. — 40, 363. — 40, 408. — 41, 365. (hoc loco lacuna est; etymologia excidit). 44, 226. — 46, 73. — 48, 854. —

Restat, ut de etymologiis, quae in Metaphrasi evangelii Ioannis insunt, pauca addam. Hic quoque, ubi plane alligatum Nonnum crederes, tamen id suo etymologiarum studio concessit, ut in tam paucis additamentis, quibus Ioannis evangelium auxit, duas etymologias adiiceret. *T*, 62 et *T*, 89. Bis porro, ubi verba quidem, sed non etymologias eorum apud Ioannem legimus, Nonnus, ut sermonem sui carminis elegantiorem atque *ποιητικώτερον* redderet, secundum illum iam supra descriptum morem verba Ioannis: *σκηνοπηγία* *H*, 8 et *ἐγκαίνια* *K*, 77 etymologiis circumscribit. Bis autem, ubi praeterea etymologias habet, apud Ioannem quoque iacent.

α, 161 et *ι*, 135.

η, 8. *Ἦν δὲ θεῷ πάνδημος ἐτήσιος ἐγγὺς ἑορτή,*
πηγνυμέναις κλισίῃσιν ἐπώνυμος· (*σκηνοπηγία*)

Has etymologias in additamentis plane novas intulit: *T*, 62.

ἀρτιδόμῳ δ' ἐκάθητο λιθοστρώτῳ παρὰ χώρῳ
οὔνομα τοῦτο φέροντι βοώμενον Ἑλλάδι φωνῇ,
οἷα λίθοις στρωτοῖσι τετυγμένῳ.

T, 89. *εἰςόκε χῶρον ἵκανε φατιζομένοιο Κρανίου,*
Ἀδὰμ πρωτογόνοιο φερώνυμον ἄντυγα κόρσης.

Colluthos, Musaeus, Tryphiodorus.

Colluthi parvum carmen, quod etymologiam nominare possis, non continet, at ita illa poetarum epicorum consuetudo corroborata erat, ut non plane rebus similibus nudum vel minimum carmen esset. v. 246.

ἄνθος ἀριζήλοιο φερώνυμον ἡβητῆρος. (Hyacinthus).

In amoeno Musaei carmine nulla exstat etymologia, sed fieri non potuit, quin certe ad illum morem alluderet.

Λύχνον, ἔρωτος ἄγαλμα, τὸν ὤφελεν αἰθέριος Ζεὺς
Ἐννύχιον μετ' ἄεθλον ἄγειν ἐς ὁμήγυριν ἄστρων,
Καί μιν ἐπικλῆσαι νομφοστόλον ἄστρον ἐρώτων,
Ὅττι πέλεν συνέριθος ἐρωμανέων ὀδυνάων.

Tryphiodorus, poeta miser, qui Quintum, tam malum poetam, etiam imitatione dignum putaret, quod praecipue ex imaginibus v. 360 et v. 534 apparet, — forte ad Neoptolemi apud Quintum *ϑ*, 283 verba:

τεθναίην γὰρ μᾶλλον, ἢ ἀπτόλεμος καλεοίμην

sua quoque verba, de eodem Neoptolemo narrans, fecit: v. 54.

ἀλκὴν πατρὸς ἔφαινε, νέος περ ἐὼν πολεμιστής.

Eudociae.

περὶ τοῦ ἁγίου Κυπριανοῦ carmen epicum nihil continet, quod huc faciat. —

De etymologiis, quae insunt in Ioannis Tzetzae Antehomericis, Homericis, Posthomericis.

Cum Nonni sormo in omnibus figuris rhetoricis luxuriet, apud Tzetzam omnia tristissima macerie languent. In rebus eo solum plenior largiorque est, quod fere religiosa cum cura id studeat, ut omnium heroum heroidumque formas diligentissime describat. *A. H.* 397. 353. 355. *H.* 266. 366. 368. 370. *P. H.* 363. 373. 376. 378. 380. 382. 469. 475. 477. 492. 504. 525. 581. 653. 656. 658. 660. 662. 664. 666. 668. 670. 672. Sermonem quid attinet paene frustra illas apud Nonnum tam frequentes rhetoricas paretymologias circumspicimus, duas modo reperimus, quarum alteram Anthom. 222 et 247.

Πρῶτος Πρωτεσίλαος ἀρήϊος ἔκθορε πλοίου

forte ex Homero cepit (cfr. p. 42), altera doctrinae speciem prae se fert. Hom. 207.

Ἥρη, λεπταλέος δ' ἀὴρ πυρόεις, ἀνορούσας.

Similem paretymologiam in „oraculis Chaldaicis" legimus (G. Wolff: Porphyrius: „De philosophia ex oraculis haurienda) p. 124. v. 44.

Ἥρη δ' εὐκελάδῳ μαλακὴ χύσις ἠέρος ὑγρῆς (scil. *μέλεται*) et Orph. Hym. 16, 6.

Iustas autem etymologias habemus locis A. H. 59. 102. P. H. 526.

Speciminis causa appono locum A. H. 102.

Ὅς Μενέλαος τοῖο δεδεγμένος ἄγλαα δῶρα
Ἔπλεεν ἐς Κρήτην Διῒ εἷο προπάτορι ῥέζων.
Ἀστερίῳ βασιλῆϊ Κρητῶν κοιρανέοντι.
Οἳ πρὶν γάρ τε δίας πάντας κάλεον βασιλῆας,
Οὕνεκά μιν καλὸς Διὸς ἀστὴρ σκῆπτρον ὀπάζει.

Amat Tzetzes fabulas non sic narrare ut antiquitus traditae sunt, sed ut eas pro modo ingenii explicat. Cfr. eum Hom. 72. et nos p. 37. ad locum Homeri Δ, 474.

Theses.

I. In formulis rhetoricis aeque ac *γάμος ἄγαμο*, *πόλις ἄπολις* etc. compositis

signicationem syllabae *α* sive *αν* fluctuare:

1. Plerumque quidem vim negativam conservari, quae
   a) partim nonnulla modo praecipua notionis signa
   b) partim totam notionem plane tollit.
2. Interdum tamen significationem syllabae *δυς*, qua alia formularum series: *αἴων δυςαίων*, *ἄγγελος δυςάγγελος* etc. nititur, attractam esse.

II. In Aeschyli versu Prometh. 480

οὐκ ἦν ἀλέξημ' οὐδέν, οὐδὲ βρώσιμον,
480. *οὐ χριστόν, οὐδὲ πιστόν,* ......

pro *πιστόν* scribendum esse *παστόν*.

Vita.

Ego, Rudolphus Hecht, natus sum Regimonti anno MDCCCLVIII a. d. III. Non. Novembris patre Ferdinando, matre Friederica e gente Bellgardtiana. Fidei addictus sum evangelicae. Valde parvulo mihi pater praematura morte ereptus est, ut ejus ne meminerim quidem; matrem adhuc vivere gaudeo.

Cum per aliquot annos primis literarum elementis in ludo literario imbutus essem, annos novem natus gymnasium Cniphoviense adii, quod tum floruit auspiciis Skrzeczkae, viri gravissimi, cui mox a Drygalski, praeceptor excellentissimus, successit. Ibi postquam per decem annos versatus sum, maturitatis testimonium nactus almam petii Albertinam universitatem, ut theologicis me darem studiis, quae tamen uno post anno philologicis commutavi, cum haec mihi aliquanto magis arriderent. —

Tum per sex continua semestria philologicis rebus studui, quas antea quoque numquam neglexeram. Quo tempore scholis interfui professorum illustrissimorum: Friedlaenderi, Jordani, Ludwichi, Schadi, Walteri, Hirschfeldi, quibus semper gratam memoriam servabo.